


hoc lemmate duo latera  $g d$  &  $g a$  deducta ad æquicurium, erunt maiora lateribus polygonis, & similiter duo latera  $h d$  maiora lateribus polygoniæ inclusæ, ergo latera trapezij erunt maiora omnibus lateribus polygoniæ inclusæ.

Ex hoc habetur demonstratio propositionis: sint duæ lineæ  $a$  b cœm.  
& a c quæ comprehendant portionem circulib c, dico eas esse maiores b c portione, si enim a b & a c sunt æquales diuisio arcu b c per æqualia in f, ducam contingentem h f k, si non faciant triangulum æquicurium b c d super b c, & cuius ambo latera pariter accepta sint æqualia a b & a c. Et duam contingentem & habebo trapezium h b, c k. Quare si peripheria circulib c est



Per 2. & 1.  
primi Elem.

Per 5. eiusdem.

minor d b & d c pariter acceptis, habeo intentū, si non toties diuidā peripheriam per æqualia ut fiat figura polygonia super b c æquilatera & æquiangula, cuius differentia a peripheria sit minor differen tia d b & d c à trapezio b h, k c, id est, tribus eius lateribus, nam cum d h & d k sint maiores h k, constat quod d b & d e sunt maiores h b, & k c & h k igitur sit differentia illa l, & differentia peripheriæ à lineis polygoniæ minor l: igitur cum peripheria sit æqualis aut maior d b & d c, & differentia a lateribus polygoniæ minor quam d b & d c, a b, h b, h k, k c, erit minor proportio peripheriæ ad latera polygoniæ quam d b & d c ad tria latera trapezij, quare minor proportio peripheriæ ad d b & d c quam laterum polygoniæ ad tria latera trapezij, sed latera polygoniæ sunt minora tribus laterib. trapezij, igitur peripheria b c est minor d b & d c, quod erat demonstrandum, 3 lemmatis.


#### S C H O L I V M .

Hanc propositionem non scripsi quod esset magni momenti, sed propter modum probandi, si enim respicis ex uno opposito scilicet quod peripheria circuli sit maior trianguli lateribus, ostendo demonstratione non ducente ad inconueniens, sed simplici quod ipsa peripheria est minor trianguli lateribus, & hoc nunquam fuit factū ab aliquo, imò uidetur plane impossibile. Et est res admirabilior quæ inuenta sit ab orbe condito, scilicet ostendere aliquid ex suo opposito, demonstratione non ducente ad impossibile & ita, ut nō possit demonstrari ea demonstratione nisi per illud suppositū quod est contrarium conclusioni, uelut si quis demonstraret quod Socrates est albus quia est niger, & non posset demonstrare aliter, & ideo est longè maius Chrysippeo Syllogismo.

Ex hoc patet quod pars lineæ exterioris quæ tangit circulum cor. 2.

intercepta à linea ex centro longior est peripheria, similiter intercepta.

**Cœm.** Sit portio circuli a e, & linea a b intercepta à linea c b ex centro, dico a b esse longiorem a e, ducatur b e æqualis a b, ad **Per 8. tertij Element.** circumferentiam, quæ illi obuiabit, ducantur q̄c a, c e critq̄ angulus e c b æqualis a c b, igitur arcus a d, æqualis d c, quare a d erit dimidiū a e, & a b dimidium a b, b e, facta enim fuit b e æqualis a b, cum ergo per præsentem duæ lineæ a b, b e, sint maiores a e, igitur per communem animi sententiam a b maior a d.



Propositio ducentesima secunda.

Rationem strepitus ostendere.

**Cœm.** Fit strepitus ob multitudinem aëris percussi, uelut cum tabulis percutimus: & cavitatum causa, unde ligna & tabulæ leues magis strepunt, & illud Virgilij:

— Sonitumq̄ dedere cauernæ.

Tum uero ob ictus impetum, impetus autē partim uelocitatis causa, partim angustiæ loci. Fulmen edit tonitru in quo & caua nebula excipit aërem, & multum impetuq̄ maximo delatum, obstreput aures metalla magis quam ligna eo quod magis ob continuitatē partes moueantur. Indicio est, quod intenta ut æs & tenuia maiorē strepitum edunt: & dum sonant tremunt, aurum autem parum sonat, quoniam densissimum est, et minus intentum argētum, minus densum, & magis intentum, quod autem intentum est totum simul mouetur, & ob id stridet: lignum autē & tabula sonat, non quia ut metallum percutiat aërem, sed quia in eo aër percutitur. Crassum autē metallum & lignum non adeò sonant: metallum quoniam non mouet aërem, non enim mouetur: lignum quoniam non mouetur, nec in eo qui est inclusus aër, aër autem facile mouetur, & ob id in ligno cauo, etiamsi crassum sit, strepitus magnus editur. Ergo etsi tenuerit metallum, quod infixum est tabule, resonat multum: nō quia mouatur, sed quoniam aërem in tabula cōcutit. Nec enim tabula per se sola, quæ etiam nimis tunderetur sonum edere magnum potest quoniam cedit: Oportet autē non cedere quod resonat, nec metallum si crassum, sed hebetem sonū etiam tabule infixum reddit, quoniam nec moueri potest infixum & crassum, nec cauernosum est, & tamen excipit iictus, ne lignum resonet. Veloꝝ autem iictus nō acutum sonū reddit, & si cum impetu sit: indicio est tonitru & machina hellicæ igne, contrà angusta fistula acutū sonum reddit, etiā remissa inflata. Igitur aër soni causa est secundum motū, ubi ergo multis aëris & magnus motus ibi sonus magnus. Multus quidem aut in cavernoſo

terno corpore, qui grauissimū edit sonū interclusus, ut etiā in uocibus, aut quia à magno corpore stridulus efficitur, aut inter duo corpora, qui grauitate medius est. Impetu uero efficit intensus non magnus, nam tonitrus pcul audimus non istum quamvis celerissimum, acutum uero ob angustiam loci. Atq; hę cause sunt sonorum.

## Propositio ducentesimatercia.

Cur scytalis onera portentur facilius, explorare.

Demiror nō exacte causam manifestissimā


Aristotelem non assecutū fuisse, aut potius ad nos corruptā scripturam peruenisse: nam qui expōnūt multo minus intelligūt. Sit ergo currus humilis scytalis iucumbēs ab c. Diximus autē suprà quid esset scytala & currus rotis, q̄ sunt longe maiores scytalis e f g h, demōstran dū est scytalā, quamvis minoris ambitus magis mouere q̄ rotam, cū ergo de una demonstrauerimus, de oībus erit intelligendū. Quia ergo scytala k l m habet hypomochlion in k et m, & pōdus premit in l, igit̄ rota uersatilis mouebit tanto facilius pcedendo, quanta est lōgitudo l m & l k, sed & rotulę illę uersabūt hypomochlion, qđ est l cōparatione k & m collopum, igit̄ facilius multo uersabit currus à scytalis q̄ rotis. Ethoc est quod dixit Philosophus. In utrisq; n. his reuoluīt circulus et motus impelli, intelligit mutuā commutationē hypomochlij cum collopibus, nam ut trahātur rotulę q̄ sunt hypomochlij loco, collopes terminant̄ in medio: ut aut̄ uerat̄ axis, qui & hypomochlion in medio collopū initium sint rotulæ. Ex quo sequit̄, qđ quanto lōgiōres erunt l k l t & l m, tanto facilius mouebunt̄ currus, at quanto humiliores, modò non obruantur in terra, quoniam tardius mouentur, quae minorem habent circuitum, quae autem tardius mouentur, facilius mouentur, ut suprà s̄epius demonstratum est: Ob has ergo duas causas pondera facilius feruntur curribus cum scytalis, quam cum rotis magnis modò terra non obruantur.

## Propositio ducentesimaquarta.

Cur pluribus trochleis pondera facilius eleuentur ostendere.

Dictum est satis de hoc in lib. de Subtilitate, at nunc quod ad demonstrationem attinet eorū subijciam. Quia n. singule rotulę diffici culter mouen̄, igit̄ necesse est singulas participes esse grauitatis, igit̄ & totam grauitatē esse diuisam: quare ut in p̄cedēti facilius moueri. Habent & rotulę ipse centrum seu axem hypomochlij, seu fulcimenti loco, ambitum aut̄ iuxta semidiāmetrum, uelut collopes

Co.  
Prop. 114.



Propos. 71

Propos. 71

V 3 seu

 **seu uectes, quare tanto facilius mouebuntur quanto maiores erūt,**  
**& ut plures. Vna enim alterius loco fungitur uectis. Trochlea qui-**  
**dem est, ut uides, instrumentum longum suprà angustius, sed non**  
**crassum, in quo plures orbiculi solent collo cari, unde sæpe numero**  
**trochleæ nomine intelligimus orbiculos ei inclusos, circa quos fu-**  
**nis uocatur, ut in trochleis & orbiculi & funes includuntur. Succu-**  
**lis etiam solent capita funium trahi: ut uectis auxilio imò nonnun-**  
**quàm rotarum facilius pondera eleuantur.**

8.de Repub.

Propositio ducentesima quinta, super uerbis Platonis,  
de fine Reipub.

„ **E**st autem ei quod diuinitus generandum est circuitus, quem nu-  
 „ merus cōtinet perfectus. Humanæ uero, in quo primum argumen-  
 „ tationes superantes, ut superatæ tres distantiæ: quatuor autem ter-  
 „ minos accipientes, similium & dissimilium, abundantius & deficien-  
 „ tium cuncta correspondentia, & rationem habentia inuicem effe-  
 „ runt. Quorum sexquitertium fundamentum quinario iunctū duas  
 „ efficit harmonias ter aucta quidem: æqualem æqualiter centum to-  
 „ ties, quandam autem æqualem quidem, longitudine aut singulum  
 „ quidem numerorum à diametris rationē habentibus quinarij indi-  
 „ gentibus uno singulis: non habentibus rationem aut duobus, cen-  
 „ tum autem cuborum ternarij. Totus autem hic numerus geometri-  
 „ cus talem autoritatem habet ad potiorem deterioremq; genera-  
 „ tionē. Quem locum Aristoteles ita declarat. Quorum sexquiter-  
 „ tium fundamentum quinario coniunctum duas exhibet harmo-  
 „ nias, inquiēs, quādo numerus diagrammati huius efficiat solidus.

*Quin Polyt.* Κύριον fundamētum interpretatus sum, quod radix pro latere in

Cap. 12.

*Co<sup>m</sup>.* hac materia accipi posset. Par est ut in diuina generatione numerus  
 accipere perfectus: ut intelligat generationem confessim sequi cor-  
 ruptionem: nam sermo est de corruptione, corrumpitur autem unum-  
 quodq; ut aliud generetur, malum enim est ob bonum, non contrā.  
 Liquet autem ex Euclide talem numerum esse octies mille centū ui-  
 ginti octo. Et hic est finis omniū urbium diuinus, cuius quadruplū  
 uelut in cœli restitutionibus, ac continuato ordine solet obseruari,  
 est propè annus magnus: uerisimile est enim tāto tempore cōfundī  
 decima, scilicet totius circuitus parte. Humanæ uero intelligit qua-  
 tuor à monade numeros, aut in quavis ratione principium li- | 8  
 neam superficiem corpus, ut unū, duo, quatuor, octo pariter | 12  
 octo: duodecim decem octo uiginti septē: inter hæc sunt tria | 18  
 spatia, & octo cum uiginti septem sunt dissimilia & deficien- | 27  
 tia: maiora em̄ sunt suis partibus à quibus numerantur. Contrā de-  
 cem octo & duodecim sunt similia atq; abundātia, & correspon-  
 tem

tem habent rationem inuicem. Hæc Aristoteles omittit, ut ad introductionem, non rem pertinentia, uelut & finem tanquam ex præcedentibus notum. Vnde uerba Aristotelis sunt ad unguem eadem uerbis Platonis, scilicet : Quorum sexquartum funda-  
mentum quinario iunctum duas efficit harmonias : loco autem ter-  
aucta quidem scribit Aristoteles: efficiatur solidus, id est cubus, ut  
in quadratum suum ducatur : loco autem uerborum æqualem æ-  
qualiter centum centies, usque illuc à diametris rationem habenti-  
bus quinarum ponit numerum diagrammati. Est autem diagram-  
ma, quod Plato uocat diametrum, cum numerus potest fermè du-  
plum numeri alterius, ut 3 duplum 2, & 7 duplum 5, & 17 duplum  
12, & semper numerus hic dimetiens, excedit duplum alterius uno,  
quod ex his patet, quæ ab Euclide demonstrata sunt in decimo li-  
bro. Quare si debet esse quadratum eius monade maius duplo, al-  
terius quadrati, & duplum alterius quadrati est par, igitur addi-  
ta monade erit impar, ergo latus eius dimetiens impar semper : la-  
tera autem ipsa quadratorum, quæ duplicantur aliquando pa-  
ria sunt ut 2, & tunc quadratum dimetientis est unum plus duplo  
ut 9 est maius 8 monade, si uero latera imparia sint, erit quadratum  
dimetientis uno minus duplo, ut 49 quadratum 7 est minus uno  
50, duplo 25, quadrati 5. Ex quo patet agnatio, ut ita dicam in-  
ter 7 & 5.


Cum ergo dicit, quorum sexquartia est, ac si diceret, ex horum numerorum serie sumemus septenarium principium epitrite, & di- metientem 5, quos simul iungemus.

Propositio ducentesimasexta.

Rhombi passiones quasdam declarare.

Sit a d recta diuisa in k per æqualia, cui su-  
perstant k b & k c ad perpendicularum inter se  
æquales, & singulæ earum minores k a & k d,  
& perficiat figura quadrilatera a b d c, cuius  
latera erunt omnia æqualia inuicem, & angu-  
li a & d oppositi, & b & c oppositi etiam inui-  
cem æquales. Sed b & c maiores erunt a & d:

& ideo tales figuram appellavit Aristoteles rhombum à pîscis si=mi Elem.  
militudine in medio latioris quam in extremis, cuius tamē longitudo  
latitudine maior est. Dicit ergo Aristoteles, quod si rhombus ipse circu-  
cumvoluatur, ita ut b transiret per b a c, & a per a c d, a maius spa-  
tium transiret ex recta, scilicet a k d quam b, quod transiret b k c. Et  
ad hoc assumit, quod cum angulus c sit maior a, igitur duæ lineæ  
a c d sunt minus curuæ quam duæ b a c, igitur b a c habent ratio-



Per 4. primæ  
Elem.

Por 25. pri-


mech.

nem currui, & a c d recti. Ergo si in æquali tēporis spatio b, superet b a c & a, a c d, magis per rectam feretur a quām b, sed quod rectum est maius occupat spatiū: igitur uelocius fertur a in d comparatione habita ad a d quām b in c, comparatione habita ad b c.

Pro intellectu reliquorum ab eo dictorum, & quorundam mirabilium, proponatur alijs rhombus illi equalis, in tabula pictus delinēatis lateribus & diametris, qui sit l m o n, & diametri l p o & m p n, & absindatur hic ex superficie, & superponatur ita, ut puncta l m o n ordinatim cadant, & aptentur pūctis a b d c, & p aptetur ipsi k. Et tunc si rhombus l o totus moueretur, necesse est, ut moueat se cundum latus aliquod, ut pote l m, & equidistans a b, igitur dicetur moueri super latus aliquod, scilicet a c: atq; hic est motus, quem Aristoteles uocat motū a b super latus a c. Si aut̄ fingamus quiescere latus aliquod l o, uel pars lateris, non posset omnino moueri in superficie a d rhombi: et ita nō perinde esset ac si a d rhombus moueretur, quod tamen supponit Aristoteles. Neq; etiā si quiesceret punctum aliud quam p haberet rationem motus regularis, quod ab illo supponitur: reliquum est igitur, ut rhombus l o moueat uice rhombi a d seruando centrum, id est punctum p in punto k. Dicamus ergo primum de motu composto Aristotelis, & post de nostro.

Moueat l m super a c, æquidistans semper a b, ut seruet situm quem habebat ita, quod extremū linea l m sit semper in linea a c, & l punctum quod gerit uicem a, descendat tantum in linea l m, quantum l extreum in linea a c: dicit Philosophus, quod a seū l semper descendet in linea a d, & erit in e a. Supponatur q; latus l m sit f g, & erit l n, f t, ducatur aut̄ ex r puncto sectionis diametri, & lateris l m li

*Per 24. sexti near q, æquidistans a f, igit̄ rhombus a q r f est similis rhombo toti a b d c, & pportio a f ad f r, ut a c ad c d, sed a c est equalis c d, igit̄ a f est æqualis f r, sed l descendit in l m, quantū est a f ex supposito, igit̄ punctū l semper erit in linea a d. Post deficiunt quædam uerba: ob quæ nemo intellexit sententiam Philosophi, & tamē ausi sunt impnere lectoribus, tanq; intellexissent, tres simul errores admittendo, scilicet Aristotelem ob propriam ignorantiam, ut stultum accusando, qui falsa dicat, & demonstrare nitatur: produnt seipso cum sua impudentia. Et lectoribus imponere conantur, debet ergo sic legi (b in ipsa b c diametro latum, ubi latus b d moueat in late re b a, & b æqualiter uersus d in b d, æqualis enim est ipsa b e) Tunc enim constat ut hic dixi, m moueri per b c rectam ut l per a d: Dicit ergo cū b d moueat in b a, transit unico motu totā b a, & pun*




Quia tamen b, quod mouet duobus motibus, non pertransit nisi b c, quæ potest esse minor b a: nam cōstat quod quando m erit in a, o erit in e, & quia m descendit in o, in eodem tempore, ergo o erit in c, & trāsiuit semper per rectam b c: igitur m est minus motū duobus motibus quam m l unico tantū. Et quia aliquis dicere potuissest non est mirum, quod m sit minus motum duobus motibus quam l m latus unico tantum: quia m mouetur motu contrario motui lateris: nam latus m o mouetur in latere b a ascendendo, et punctum m uersus o in ipso m o descendendo. Dicit Philosophus, hoc est mirum, quia cum idem contingat in motu l, cuius latus mouetur per a c, & l per l m recedendo in partem contrariam, nihilominus uelocius motum est l, quam latus l m, quia a d est longior a c. Ex quo patet, q̄ questio Philosophi est una tantum, & non duæ. Et est cur motum duobus motibus in rhombo, in uno mouetur uelocius latere tantum moto uno motu, in alio tardius: Et quia aliquis dicere posset, qd b c posset esse longior a c: Dicit Philosophus, uerum est, sed ego possum inuenire talem rhombum, qui etiam habeat a c longiorem, & tunc nihilominus sequit quod dico. Aliud aut, quod docet ex hac demonstratione, est q̄ ex duobus motibus rectis diuersis potest fieri unus motus rectus diuersus: igitur idem punctum, puta formica poterit simul, & semel moueri duobus motibus rectis diuersis. Et hoc est, quia primus motus est rectus solum secundum formam, & non secundum materiam: & alter secundus, scilicet mixtus est secundum materiam & non secundum formam per rectam.

Ex hoc sequit aliud magis mirū, et est iuxta nostrū motum rhombi o in rhombo a d, fixo centro p in centro k, & moueat quomodo libet l, dico quod l f semper æqualis erit a f, quia em k l & k a sunt æquales, cū essent una linea ante motum ducta, l a erit angulus k l a, æqualis angulo k a l, sed angulus k a c est æqualis angulo k l m, cum angulus k l m esset idē angulo k a b, & angulus k a b est æq̄lis angulo k a c, igitur angulus k l m est æqualis angulo k a c, igit̄ residuo fl a est æqualis residuo f a l, quare f a æqualis fl. Si igit̄ quantum procedit latus m l in a c, tātum descendat punctum in linea l m punctum perpetuo, erit in linea a c, & per eam mouebitur. Vnde sequitur quod

Quod punctū l mouebit̄ duob. motib. uno recto in linea, scilicet Cor. 1.  
l m, & altero circulari. sc. circa centrū k, & tñ mouebit̄ uerè motu recto tñ in alia linea, scilicet a c, & hoc est primū admirabile. Aliud est

Quod punctū l mouebit̄ duobus motibus, & per ipsos mouebit̄ Cor. 2.  
ad unguē uno motu æquali uni eorū, ita qd̄ alius motus nihil addet



Per 5. pri  
mi Elem.

Per 3. 4. pri  
mi Elem.

Per 6. primū  
Elem.

nec

nec minuet. Patet quia mouebitur, gratia exempli, primo motu ex l in f, & post motu circulari, & uerè erit motum ex a in f, qui motus est æqualis motui priori proprio, & solo ex l in f.

Propositio ducentesima septima.

Proportionem agentium naturalium in transmutatione considerare.


*Cor<sup>m</sup>.* Sit latitudo ab ad conuersionem terræ in aurum medium perfectionis ab sit c, & medium ac db, cuius dimidium sit eb. Et fiat commutatio ac in fg, tempore dimidium fg, gh in gh deberet peruenire ad perfectionem d, quoniam ratio ac ad cd, ut fg ad gh. At uero dum transiret terra ad perfectionem c tota resistebat, iam adepta perfectione ac non resistit, nisi pro medietate, at proportio cuiuslibet quantitatis ad dimidium alterius producitur ex proportione eadem & dupla, dupla igitur est proportio agentis ad imperfectionem ac ei quæ est ad ab, igitur in di-  
midio temporis gh acquiret perfectionem cd, & sit gk di-  
midium gh, erit ergo tempus totum fk, in quo acquiret  
ad d. At ratio hæc constare non potest, nam si diuidatur spa-  
tium ab in trientes sient trientes duo, & quarta pars in perfectione  
ad d: sed iam multo citius acquiret quam in fk tempore, quod est di-  
midium & octaua pars. Sed hoc non cogit, quoniam partes primæ  
sunt semper contumaciores, & ut disponuntur sunt magis obedi-  
entes, non iuxta proportionem simpliciter, sed ut sunt in materia,  
& ideo hæc actio est similior proportioni excessus, & est Arithme-  
tica quam capacitatis scilicet Geometricæ.

*Cor<sup>m</sup>.* Ex hoc patet, quod res quæ ad summam maturitatem perueniunt, maximè acquirunt perfectionem in exiguo tempore, ut gemme, aurum, infans. Ergo oportet maximè iuxta finem cauere, ne detur occasio ulla accelerandi partum.

Propositio ducentesima octaua.

Mota res à centro grauitatis per priorem motum in redditu uelocius mouetur, quam si quieuerit.

*Cor<sup>m</sup>.* Sit ab c lectus pensilis, in quo homo aut patera, in qua aqua uel uinum, & sit cētrum grauitatis d, quod necessariò est in linea loci, cui annexus est lectus ag, & in patera loci medijs manus continentis pateram cū centro quæ sit ag, quibus stantibus ostendendum est primo.



## LEMMA PRIMVM.

Omne graue motū à centro grauitatis, restituto ad eundem situm pondere mobili aut immobili, continente ultra centrum grauitatis naturalis uiolenter fertur.

Seu sit pondus per se non fluctuans in pensili lecto, seu humor in <sup>com.</sup> patera, quum pōdus moueatur solum ratione una, scilicet lecti pensili homo uel plumbum, humor autem aqua uel uinum bifariam & ratione pateræ si mobilis sit in a laxa manu, & etiam per humorē ipsum redeuntem ad locum suū: adeò quod si esset & immobili patera, humor saltem reflueret propria inundatione ad locum suum centri grauitatis, licet in patera esset immobilis locus grauitatis uelocius & maiore cum impetu, adeò ut transeat uersus e, cū fu erit motus primus ex e in f, et restitutio ex fin e: seu in immobilis ponere mobilis continent, ut in lecto pensili: seu in immobilis contine nente, scilicet postquam ad locum suum restitutum fuerit per uim retenta patera a manu iuxta situm priorem in a, mobilis autem contento, id est, humore, multo autem magis contento, & continente mobilibus. Ut si patera & humor ipse simul moueātur, nam & patera transgredietur locum suum, & humor duplii motu superau etus transgredietur motum naturalem. Cum enim a d est remotum a g, & est in f, mouetur maiore impetu, quam sit pro ratione pon deris, ut demonstratum est, igitur transibit ad e, cum ergo redeat ad g motu naturali, necesse est ut motus uiolentus sit ualidior ea parte naturalis, qua d resistit, dum est in g, ne dimoueatur à g, si igitur tractum ad c, superauit uim qua manet in g, in eo quod mouetur ad f, igitur in redditu mouebitur tantum ultra g uersus e, quantum est acquisitum ex ui transitus ultra g uersus f, quanto ergo mai or est arcus e d, tanto maior est df, & quanto maior est arcus d f, tanto maior dh.

Propos. 3 o.

Ex quo patet, quod quanto magis remouetur d à g, tanto mai or est in impetu fertur uersus extremum aliud & ultra medium.

## LEMMA SECUNDVM.

Omne pondus appensum est graue comparatione medi⁹ grauitatis, ad hoc ut ab eo remoueatur, quantum est pro ratione anguli ex quo appensum est.

Sit d appensum in a & in b, & sit angulus c b d, triplus angu lo c a d, dico quod tripla est uis quæ transfert d in c ex b, ei quæ transfert ex a, quoniam enim mixtus est in b & a, igitur a d æqua lia spatia æquales uires exigentur: igitur uirium proportio ut <sup>per 16. pri</sup> angulorum, at quanto maior est a d in proportione ab b d tanto maior est proportio anguli c b d ad angulū c a d, igitur quanto ma


ior

*Per ult. sex-  
ti Elem.*

*Per i. quin-  
ti Elem.*

*Per i. 6. eius-  
dem.*

ior est a d tanto facilius remouet & equalis spa-  
tio d uersus e. Et licet remoueantur ab ipso  
d, semper eadem proportio manebit, ma-  
nente eadem longitudine b d & a d, nam  
proportio d f ad d c, est uelut f b d ad  
c b d, & ut d f ad d e, ita f a d ad c a d, quare  
f b d ad c b d, uelut f a d ad c a d, quare f b d  
ad f a d, ut c b d ad c a d, quod fuit pro-  
positum.



## LEMMA TERTIVM.

Grauitatem ponderis appensi aut fluidi  
in comparatione ad remotionem à centro  
grauitatis inuenire.



*Co<sup>m</sup>.* Nam cum d trahetur per planum ut suspensum, & non tractum  
*Per i. 6. hu-  
ius.* a d, erit dimidium ponderis appensi, igitur ex lemmate secundo, pa-  
tebit proportio laboris in remouendo d à loco proprio in qua-  
cunq<sup>z</sup> partem & distantiam, & in quovis loco sit appensum.

*Corm. 2.* Ex hoc sequitur, quod poterit annulus tam altè appendi, ut iuxta  
proportionem anguli & levitatem propriam cum filo tenuissimo,  
& ut fuerit latus, & positus è regione oris, ut ex sermone circum-  
agatur quaqua uersus, & percutiat labra uasis aqua pleni fermè, ut  
uideatur plane responsa dare.

## LEMMA Q. VARTVM.

Quanto magis remotum fuerit pondus ex eodem centro à recta  
linea, tanto maiore impetu agetur, ut ultra locum medium feratur  
non æquali, sed producta proportione.

*Co<sup>m</sup>.* Sit a b, & ut dictum est, non est ei pondus, nisi quatenus remoue-  
tur a recta, & in c summa habeat grauitatem, & d sit medium b c,  
dico ergo quod multo maiore impetu feretur ex c in a  
b quam ex d, nam cum c sit summa grauitas, erit sal-  
tem dupla grauitati d, sed d grauitas est penè infinita,  
ut demonstratum est in comparatione ad b, ut iuxta  
situm remotionis à linea b, cum ergo proportio sin-  
gularum partium c d ad singulas d b medietate b c distantes sit ma-  
ior dupla augendo, erit proportio c d ad d b, uelut pro-  
posita h k dupla g f, & h e dupla e f, e k h ad e g f quadru-  
pla, igitur & eo maior quo acquisitus est impetus ex de-  
*Per 3 o. hu-  
ius.* monstratis, quare proportio motus & impetus ex c in  
b, est multo maior impetu ex d in b quadrupla pro-  
portione.




Ex his

Ex his omnibus concluditur propositum in prima figura, & est <sup>Co<sup>m</sup></sup>, quod si b c inclinetur uersus e, mouebitur a d, certo impetu uersus e. Et quia si prius b c inclinatum fuerit in f, redit a d, dum b c reuertitur ad proprium situm ultra lineam a d g usque ad h per primum lemma. Et cum b c inclinatur ad b f peruenit, quantum b c inclinata ad f, scilicet ad e, igitur ex motibus b c in f & in e tanto plus mouetur d ultra e, quantum est productum d e in d h, ideo multo plus quam si solum motum fuisset d ex recta a g, etiam quod non mouetur b c. Multo plus ergo moto etiam b c, ut diximus.

## Propositio ducentesima nona.

Si superficies rectangula in duas partes æquales diuisa intelligatur, quæ ambæ quadratae sint, itemq; in duas inæquales, erit parallelipedum ex latere mediæ partis in totum superficiem maius aggregato parallelipedorum ex partibus inæqualibus, in latera alterius partis mutuo in eo, quod fit ex differentia lateris minoris partis a mediæ latere in differentiam maioris partis superficie à media superficie bis, & ex differentia amborum laterum inæqualium iunctorum ad ambo latera æqualia iuncta in minorem partem superficie.



Proponatur a g diuisa in duo quadrata æqualia a h, h b, & latera erunt a c, c b, & in duo inæqualia a d d g, quarum latera sint b c, a f, dico quod parallelipeda a c in c g, & c b in c k, & sunt æqualia parallelipedo ex a c in a g, excedunt parallelipeda ex a f in d g, & b c in d k, in duplo f c in d h, cum eo quod fit ex f e in d k semel. Quia ergo parallelipedum ex a e in a g est æquale parallelipedis a f & f c in a h, h d, h k, quare parallelipedis a f in a h, h d, d k, & f c in d k, & c e in d k, & f e in d k, & f e in d h bis. Ad parallelipedum a f in d g, est æquale parallelipedis a f in a h, h d. Et parallelipedum b c in d k, parallelipedis a f, f e, c e in d k. Detractis similibus relinquetur f c in d l, l e, e h bis, quod est f c in d h bis, cum eo quod fit ex e f in d k simul, quod est propositum.

1 a f in a h    f c in a h bis

2 a f in h d    f e in d k

3 a f in d k

4 f c in d k

5 c e in d k

1 a f in a h    4 f c in d k

2 a f in d h    5 c e in d k

3 a f in d k

## SCHOLIUM.

Dico etiam, quod duæ lineæ  $b$  &  $a$  sunt minores duabus  $a$ ,  $c$ ,  
 $c$  simul iunctis, nam quia  $d b$ ,  $e b$ ,  $c b$ , sunt in eadem proportione,  
Per conuer- &  $d b$  est maior  $e b$ , erit maior differentia  $d b$  ad  $e b$ , quam  $e b$  ad  
sam quasi 8.  $c b$ , igitur maior  $d e$  quam  $e c$ , quare  $e c$  est minor medietate  $d c$ , &  
quinti Elem. ideo multo minor medietate  $a c$ . Et similiter, quia  $a c$  est maior  $a f$ , &  
 $a c$ ,  $a f$ ,  $a d$  sunt in continua proportione, maior erit  $c f$  quam  
 $f d$ , & ideo constat quamvis longum esset, si quis uellet demon-  
strare perfectè, quod  $b$  &  $a$  iunctæ sunt minores tota  $a b$  seu du-  
plo  $a c$ .

Exemplum, sint  $h b$  &  $h a$  25, &  $a e$ ,  $c b$  5, producta mutua 250,  
sitque  $g d$  49, & erit  $b e$  7, sit autem  $d k$  1, & erit  $a f$  1, quia ergo  $a f$   
est 1,  $a e$  5, erit  $f c$  4, & quia  $e b$  est 7, &  $b c$  5, erit  $e c$  2, quare etiam  $e f$ ,  
productum ergo ex  $e b$  in  $d k$  est 7, & ex  $a f$  in  $d g$  49, totum ag-  
gregatum 56, differentia a 250, est 194, qui sit ex duplo  $f c$ , quod  
est 8 in  $d h$ , quæ est 24, & fit 192, & ex  $f e$ , quæ est 2, in  $d k$ , quæ est 1,  
& fit: quod additum ad 192 facit 194. Similiter capio 450, cuius di-  
midium est 225,  $c g$  &  $c k$  225, &  $c a$  &  $c b$  15 singulæ. Et ponatur  
 $d g$  441, eritque  $e b$  21, &  $d k$  9, & erit  $a f$  3, igitur cum  $b e$  sit 21,  
&  $b c$  15, erit  $c e$  6,  $a f$  uero est 3, igitur  $f e$  est 6. Producta mu-  
tua æqualia 6750, inæqualia 1521, differentia 5238, quia er-  
go  $f c$  est 12, duplum eius est 24, ductum in  $d h$ , quæ est  
216, nam  $d k$  ex supposito est 9, fiet ergo 5184, cui si addam, quod  
fit ex  $f e$ , quæ est 6, in  $d k$ , quæ est 9, fitque 54, erit totum 5238, quod  
erat propositum.

*Cor<sup>m</sup>.* Ex hac demonstratione liquet, quod si linea in duas partes æ-  
quales diuidatur, & duas inæquales, quod parallelipeda æqua-  
lium sectionum pariter accepta excedent parallelipeda inæqua-  
lium sectionum, simul iuncta in eo quod fit ex tota linea in quadra-  
tum differentiæ partium æqualium ab inæqualibus.

## Propositio ducentesimadecima.

Si duæ lineæ ad æquales angulos ab eodem puncto peripheriæ  
circuli reflectantur, necesse est angulos cum dimetiente factos æ-  
quales esse. Vnde manifestum est protractam diametrum angu-  
lum suppositum per æqualia diuidere.

*Co<sup>m</sup>.* Resiliat radius  $d b c$  ad æquales angulos, ut fert natura rerum  
dum

dum à plano resilit (licet refragante Plutarcho) ita ut anguli  $c b e$ , &  $d b f$  sint æquales, dico angulos ibidem  $d b a$ , &  $c b a$  æquales esse; & quod si trahatur latus  $a b$  usq; ad  $g$ , quod anguli  $d b g$  &  $c b g$  etiam erunt æquales. Primum patet, quia anguli  $a b e$  &  $a b c$  &  $a b f$  æquales sunt, sunt enim residui ad angulos contactus eiusdem circuli & rectæ, igitur additis æqualibus ex supposito  $c b e$ ,  $d b f$  erunt per communem animi sententiam  $a b c$  &  $a b d$  æquales. Secundum, cum sint  $a b c$  &  $a b d$  æquales, & duo anguli  $a b c$ ,  $c b g$  æquales duobus rectis: itemq;  $a b d$ ,  $d b g$  duobus rectis æquales: Et omnes recti inuicem æquales ex Per 13. pri- petitione Euclidis erunt per communem animi sententiam, æqua- les residui quoq;  $c b g$  &  $d b g$ .

Ex hoc patet, eam quæ resilit lineam semper ultra lineam à cen- tro ad punctum, ex quo resilit ductam ferri. Corm. 1.


Constat quia linea ex centro diuidit angulum per æqualia, ergo Corm. 2. cadit media inter illa quæ incidit, & quæ resilit.

Ex hac etiam patet, quod constituto angulo in cen- tro  $a b c$ , & ducta linea  $a d$  à punto  $a$ , sciemus quo resiliat in linea  $b c$ : ducta enim  $c d$ , faciemus angulum  $c d e$  æqualem  $a b c$ , & erit angulus  $a d g$  æqualis angulo  $e d h$ , igitur  $d e$  resilit ex  $a b a d$  linea. Corm. 2.

### Propositio ducentesima uadecima.

Si duæ lineæ ex duobus punctis peripheriam contingentes in eandem partem protrahantur, semper magis distabunt inuicem ea ex parte, & nunquam concurrent.


Duæ semidiametri  $a b$ ,  $a c$  ex terminis earum duæ contingentes  $b f$ ,  $c e$ , dico quod quanto magis protrahentur in partem  $e f$ , tanto magis distabunt, nunquam concurrent: Nam angulus  $a c g$  rectus est: angulus uero  $c a d$ , si sit rectus  $e g$ , nunq; concurret cum  $a d$ , æquidista- bit enim ei: si aut sit maior recto aut ex altera parte erit minor, & ita concurret, ergo in alte- ram partem ductæ nunquam concurrent, sed perpetuo magis di- stabunt. Si ergo minor recto sit angulus  $c a b$ , igitur  $e c$  ex eadem parte concurret cum  $a d$ : concurrat ergo in  $g$ : & quia  $e g$  cadit ex tra circulum, igitur diuidet  $b f$ , quæ tangit circulum. Sit ergo ut di- Per 29. prisa mi Elem. Per 13. prisa mi Elem. Per 6. & 4. sexti Elem. Per 5. petit. Euclid. Per 6. ter- tij Elem.



Per 13. ter-  
tij Elem.



Per 29. prisa  
mi Elem.



Per 13. prisa  
mi Elem.

Per 5. petit.

Euclid.

uidat in h, igitur h e & h f cùm angulum constituant, quanto magis protrahentur eo magis distabunt, nec unquam concurrent.

Propositio ducentesima duodecima.

Si ab eodem puncto ad circuli peripheriam, lineaæ quoquis ducantur, tres inuenire lineas, quæ nō in alium punctum reflectentur.

**Corm.** Quouis constituto puncto ueluti a extra circulum b c d, dico posse trahi tres lineas ad ipsam circuli peripheriam, uelut a b, a c, a d, quæ ad alium punctum non reflectentur. Ducantur ergo a e ad

**Per 17.ter.** centrum, & a b & a d ad contingentes illius peripheriam.

**Per 61.ter.** tij Elem. quas constat non reflecti sed progredi,

**tij Elem.** a c autem reflectitur in seipsum per demonstrata



**Prop. 210.** superius, igitur constat propositum.

**Corm. 1.** Ex hoc patet, quod omnia puncta sub linea contingente possunt reflecti ad ipsum per arcum interceptum à contingente, & ea quæ ad centrum.

**Corm.** Id est, quod omnia puncta infra lineam a b f ductam quantumlibet possunt reflecti per arcum b c ad punctum a æ qualibus angulis. Quoniam ex a per c b reflectuntur ad quælibet puncta infra a b f, eo quod termini sunt punctum a, per ea quæ sunt hic demonstrata, & a b f, ipsa ergo si extrema in extremis, media in medijs continentur per regulam illam Dialecticam: igitur omnia puncta sub a b f etiam in infinitum producta continentur in reflexione à punto a per arcum b c.

**Corm. 2.** Et rursus, si à circulo ad circulum extremæ ducantur, nec illæ reflectentur, sed transibunt: mediæ autem omnes reflecti poterunt à quouis punto.

Quia si a b sit Sol, c d Luna, Sole minor extremum in utroq; lumina; ri a c, b d quæ contingant utrumque circulum, quod facile fiat, ductis a c & b d ex punctis non oppositis, æ quidistant enim, sed iuxta quantitatem dimetientis minoris. Erit ergo ut h e non reflectantur, aliæ omnes mediæ reflectentur per demonstrata à quolibet punto, ergo idem de totis circulis & punctis.




S C H O L I V M.

Propositis duobus circulis lineam ambos contingenter ducere.

Propositorum

Propositorum circulorum a & b centra iungam recta a b, super quam ut semidiametrum describo circulum b c, & ex puncto a ad perpendiculum a d, ex quo abscindo æqualem semidiametro b e lineam d f, ex f duco a d perpendiculum f g, ex g in a duco a g, & æqualem angulo g a d, b a h abscindo h k æqualē d f seu b e, duco autē b e, ut sit æquidistans h k, duco h e, quā dico contangere utrumq; circulū b k: p d uco b k, & quia duæ lineæ b a & a k sunt æquales duobus lineis a g & a f, duæ enim prodeunt ab eodem centro, reliqua sunt residua æqualia d f & h k, & angulus b a k æqualis per 4. primi g a f, ex supposito erit angulus g f a æqualis angulo b k a, g f a autē rectus fuit, quia g f ad perpendiculum erecta fuit, itaque h k a rectus est, & ideo b k h rectus, quare cū b e & k h sint æquales, & æquidistantes, erit angulus e oppositus b h k rectus, igitur duo anguli e b k & e h k duobus rectis æquales, quare cum sint æquales in unicem, quia oppositi in parallelogrammo uterque eorum rectus erit. Recti ergo sunt anguli e & h, & lineæ b e & a h ex centris circulorum, & angulos illos constituit lineæ e h, igitur e h contangit utrumque circulum.



Per 2. 3. primi  
Element.  
Per 3. 1. primi  
Element.

Per 1. 3. primi  
Element.  
Per 3. 3. primi  
Element.  
Per 3. 2. primi  
Element.


Com.

Per 1. 1. primi  
Element.  
Per 2. 2. 1.

### Propositio ducentesimaterciadecima.

Proposito circulo atq; in eius peripheria punto signato lineas contingentes ultra citraq; & etiam ab ipsomet deducere.

Sit circulus b c d, & in eius peripheria c punctum descriptum, & sumatur b d portio minor quadrante, in qua punctum c, & ducantur a b, a c, & ducantur b e, c f, d g, ad perpendiculum, & constat propositum, & quod nunquam ex eadem parte conuenient ex eadem parte ex demonstratis supra.




### Propositio ducentesimaquartadecima.

Si extra circulum duo puncta equaliter à centro distantia signentur, erit punctum reflexionis æqualis, in medio arcus intercepti inter lineas, quæ à centro ducuntur ad illa puncta. Si uero unum centro proximius fuerit altero punctum æqualitatis in peripheria, tanto longius uersus breuiorem lineam, quanto punctum aliud à centro magis distet.

X 3 Sint

*Cœm.  
Per 2. 1. ter.  
vij Elem.  
Per 4. primi  
Elem.* Sint puncta b c, æqualiter distantia à centro a circuli d e, & reflectantur c f, b f, dico f esse in medio arcus d e: producta enim fa, erunt anguli d a f & e a f æquales: supponitur enim primū fesse in medio: igitur cum a b & a c sint æquales, & a f communis, erit a f c æqualis a f b, igitur reflectentur æqualiter: ergo si equaliter reflectentur, ex f reflectentur, ut ex secunda parte: quare ex medio.



**Per 210.** Sumatur rursus punctum g, remotius ab  
**Propos.** a quam b, dico quod reflexio erit in arcu fe.

Nam non in e, quoniam sic g e d esset æqualis b e k, cui rursus est æqualis b e d, ergo g e d æqualis b e d, pars toti. Sed neq; ultra e, nam multo magis pars æqualis esset toti aut maior etiam. Sed neq; ex f, nam eadem ratione pars esset maior toto. Neque in toto arcu f d: nam sit punctum l, & ducantur al, g f, igitur gla maior gfa, gfa au tem maior efa, igitur gla maior cfa, æqualis ex supposito bfa, bfa


**Per 21.** pri rursus maior b l a: multo igitur maior g l a quam b l a, non ergo remi Elem. flexio æqualis esse potest. Cum ergo reflexio fiat, & non ex arcu d f,  
**Per 1 Cor.<sup>m</sup>** nec puncto f, nec e, nec ultra e, nec extra d, erit necessarium, ut fiat ex  
precedentis. puncto in arcu e f.

*Corm. i.* Ex hoc patet, quod linea a punto ducta, quo longius fertur, eo etiam longius resilit.

**Co<sup>m</sup>.** Cum enim a c b maior sit a d b, & angulus e c b  
**Per 21.** æqualis a c b & f d b æqualis a d b, erunt duo an-  
guli a c b & e c b, maiores a d b & f d b, quare  
reliquus f d a maior a c e, igitur d f resilit latius  
quam c e.

**Cor<sup>m</sup>. 2.** Ex hoc patet, quod tales lineæ quæ resilunt nunquam concurrent.

**Co<sup>m</sup>.** Scilicet c e & d f nam constat ducta c d, angulos e c d f & d e, mai-  
**Per conuer-** siores esse duobus rectis, ergo non concurrent in partem e f.  
**sam s. petit.**  
**E euclid.**




**Propositio ducentesimaquintadecima.**

Punctum reflexionis punctorum inæqualiter distantium à centro, æqualiter distat à lineis ductis à centro ad puncta, æqualiter distantia alterutrigib.

co<sup>m</sup>. Sint g h a & b h a æquales, & abscindatur h f æqualis h b, & producatur h b usque ad c, ut sit h c æqualis h g, & producantur fa & ca, quæ

ca, quæ secant peripheriam in d & e, dico quod punctum h est medium inter e & l, item inter d & k. Nam cum h f & h b sint æquales ex supposito, & anguli b h a & g h a æquales, & linea h a communis, erit angulus b a h æqualis f a h, igitur arcus h l æqualis arcui h e. Similiter angulus g h a est æqualis e h a & c h æqualis h g ex supposito, & a h communis, igitur ut suprà angulus c a h æquals g a h, igitur per eandem arcus h k æqualis arcui h d, quare h punctum in medio d & k, & in medio etiam e & l, quod est probandum.



## Propositio ducentesima sextadecima.


Si fuerint circuli duo inæquales, & extra utrumque punctum ad illud ex minore reflexè per magnam partem minoris à maiore peruenire poterunt.

Sint duo circuli, maior a b, minor c d, & punctū g, extra utrumque, dico quod a d g ex c d poterunt reflexè produci a b in c d, quia enim ex a b quibusvis punctis possunt duci lineæ reflexè ex c d, & ideo cum puncta in a b uarent reflexionem ex c d, aliter pars esa sef æqualis toti, patet intentum!

Ex hoc patet, quod oculus in quauis parte terræ constitutus, in qua Lunam uidere possit, poterit eam uidere per radios reflexos à Sole.

Ex hoc rursus patet, quod eodem modo oculus poterit uidere superficiei Lunæ illuminatę partē p radios reflexos à Solis corpore.

Hoc patet, quoniam si circuli Solis singuli, qui illuminant Lunā ostendunt per primum corollarium huius partē circuli Lunæ per radios Solis reflexos ab ipsa Luna, putā secundum portionem circuli e f, igitur cum liceat in Sole accipere magnam partem superficie eius, quæ Lunam illuminat, in qua continentur infinitæ portiones circulorum, & hæ singulæ mittunt radios reflexos ex Luna ad punctum g, igitur g uidebit portionem superficie Lunæ secundum longitudinem e f per radios Solares à Luna reflexos: quod est propositum.



Propositio ducentesimadecima septima.

Oculus uidet partem superficiei Lunæ illuminatam à Sole per radios reflexos à Solis corpore; nec tamen potest uidere imaginem ipsius in Luna tanquam in speculo.

Com. Quoniam per illos, ut demonstratum est, potest uidere, & illi sunt robustiores, ergo per illos uidet, omnis enim operatio tribuitur digniori causæ & potentiori. Item, quoniam uidemus Lunam in nocte immittere radios per fenestram uelut Sol: irradiare autem non est nisi habentis tantum lumen ex se, ut hoc possit facere, aut ut spargantur, aut ut reflectantur: ex se tantum non habet ut adparet hora deliquij: neq; spargit, sic enim non impediret Solem hora deliquij, Solis ergo reflectis. Ergo uidemus per radios reflexos. Non tamē per eam uidemus Solem, ut in speculo obiecto, quoniam Luna primū lucet proprio lumine, & rubro sicut pruna, quod autem debet fungi uice speculi, oportet ut careat colore, & sit uelut aqua, & ut sit purum. Deinde, quia Sol est maior Luna, ideo uidetur ut paries in speculo, uidetur enim non res reflexa, sed quod ipsum speculum sit paries, & ita Sol uidetur, ut totum quoddam, & non potest ob id cognosci. Et etiam magnitudo luminis per quam oculus non potest distinguere Lunam ab imagine Solis: nam ea his quæ per speculum uidentur, oportet duo cognoscere, speculum, & rem quæ uidetur, sed magnitudo luminis prohibet speculum uideri, ergo non poterit uideri aliud tanquam in speculo, sed solum speculum cum lumine tanquam res una. Et ita de Luna. Accedit magnitudo distantiae: nam in superflua distantia non cognoscitur superficies speculi, sed solum rei obiectæ imago, & illa habetur pro superficie speculi, ergo oculus non distinguit inter speculum, & rem uisam, ideo non uidet tanquam è speculo. Ex quo sequitur, quod Luna iudicabitur longius abesse quam absit, quia quod uidemus ex ea est Solis imago, quæ longius multo abest à nobis ipsa Lunæ superficie. Cum ergo sint quatuor causæ, quarum unaquæq; impedire posset, quominus Sol non uideatur in Luna tanquam in speculo, quanto magis cum omnes adsint in Luna, & simul concurrant.

Propositio ducentesimadecima octaua.

Rationem maculæ Lunæ indagare.

Com. Supponamus primum quæ sunt manifesta, inde addamus quæ sunt uerisimilia ualde, post uerisimilia ex dubijs, ubi ratio utrinq; pugnare uidetur, demum dicemus de quæsito. Manifestum est igitur, quod Luna distat à nobis circiter  $\text{c}\text{l}\text{x}$  mp. dimetiens igitur orbis Lunæ est circiter  $\text{ccc}\text{x}\text{x}$  mp. igitur ambitus  $\text{m}\text{m}$  p. igitur in hora circuit

circuit circiter  $\text{XLII MP}$ . Ergo in ictu insensili penè, id est, tempore ictus pulsus infantis laborantibus acutissima febre  $\text{II MP}$ . quoniam quinque tales ictus continentur penè in ictu uno uiri temperatæ naturæ, &  $\text{III}$  ictus pulsus fermè uiri temperati complent spatium horæ. Igitur Luna mouetur rapidissimo motu & simili motui fulguris. Ex quo patet quod est corpus expers grauitatis & perfectum, quare nec mistum, nec uitiatum.

Est etiam rotunda, tametsi enim ob distantiam maximam posset uideri rotunda, etiam quod non esset, uerisimile tamen est, cum umbram talem efficiat in deliquio Solis, & cum exit è tenebris terræ, tum quia perfecta est quod sit rotunda, aut prope rotunditatem, sed quod est perfectum & diuinum (quia seruat æqualitatem, hoc enim demonstratum est, quod æquale solum reperitur in diuinis quod ad motum attinet) exactè tale est, igitur Luna est exactè rotunda in circuitu secundum superficiem orbis. Ergo etiam unde quaq; & secundum profunditatem: nam in commutatione nō posset latere inæqualitas. Et etiam non est uerisimile ullo modo, quod corpus perfectum & diuinum sit informe. Eset autem necessario eiusmodi, si esset exactè rotunda secundum longitudinem & latitudinem, & secundum profunditatem alterius figuræ. Verisimilius est ergo, Lunam esse ut ignem quēdam densum per se lucidum, sed inæqualiter luminosum, non solum ob substantiæ densitatem, sed copiam luminis & puritatem, quæ impuritas non illi accidit, quia mixta, sed quoniam est inæqualium partium rararum ac densarum & mediарum. Neq; solum collustratur à lumine ex his quæ diximus, tum etiam quia collustrata non lucent procul, ut neque montes, qui plurimum absunt, quamvis non tale procul ut Luna, imò nec nix quæ illis insidet, sed nix est multo cādidiōr per se quam Luna, quam constat lumine Solis destitutam esse rubrā, ergo Luna relucet radijs Solaribus elisis uelut à speculo. Et si quis in orbe Lunæ esset media die serena, non uideret terram luminosam, quæ multo maior est Luna, & paulo plus à Sole distat, & quandoq; illi propior est quam Luna. Macula autem Lunæ est qualis depingitur cum ore, oculis & naso, sed quod magis spectatur est os ipsum: adeo ut Plutarchus non de macula Lunæ, sed de ore Lunæ inscripserit. Non uerti autem Lunam, ex hoc probat Philosophus secundo de Cœlo. Igitur ab Oriente in Occidente uerti sub, & suprà necesse est. Scilicet ut oculi infra os supra appareat. Videtur autem magis in plenilunio ob differentiā luminis, & tota quoniam pars uersus nos etiam tota illustratur. Et ex illo loco apparet, quod Auerroes nesciuit Geometriam,

tex. 49.



metriam, sicut semper fuit mos Philosophorum cōtentiosorum, ut  
nil sciant, sed solum garrisce. audierat hoc ab aliquo malo Geome-  
tra, & reposuit in suos libros; nam nos, ut suprā uidisti, demonstra-  
uimus oppositum. Quod uero sit macula illa ex umbra terrae, ue-  
rum non est, quoniam una esset & non diuisa, & occuparet totam il-  
lius faciem: nec est uerum quod mutaret situm, quia superficies ter-  
rae est nonupla superficiei Lunae. Sicut terrae superficies est minor  
trigesima parte superficiei Solis. Nec spargitur lumen Solis in Lu-  
na, nam sic esset ambitus ut uia lactea: cum autem Luna delin-  
quit in Oriente, est glauca & purpurea, cum in coeli medio rubra,  
cum in Occidente nigra uidetur, nam ab utraq; parte tenebris ope-  
ritur; ex Oriente ab umbra terrae, ab Occidente ab obscuritate loci.  
In medijs locis medijs coloribus, quos Astrologi terraticis tribu-  
unt: hoc autem quandiu tota delituerit, quod tempus horam uix  
implere potest. Ergo partes peruviae non remittunt lumen, ideo ob-  
scure apparent, quod in uitreis speculis à quorum partibus plum-  
bum excidit: nam nigræ illæ apparent, reliquæ splendidae, ob id sy-  
dera aliquando per illam reluent, & aliquando non. Et Solaris  
eclypsis tempore, non lux tota Solis perit: atq; ideo ut uidemus, &  
uariant colores eo tempore, non tamē collustrat splendide Sol ob-  
cassitiem Lunaris corporis hæc inferiora, tum etiam ob diuersita-  
tem partium, & ad situm. Nam si Sol sit ad situm a b, transibunt mul-  
ti radij, si c d paucissimi aut nulli, sed ut ubi  
tenuior est Luna in ambitu, & Solis radij  
densiores transeunt, & sydera pelludent  
contrarijs causis minus, ut iuxta medium  
nequaquam. At Lunæ maculam radij effi-  
ciunt, etiam si tota subitus opaca esset, cum  
peruvia uel tantillum fuerit in superficie, ut  
uenis opus non sit. Et iuxta hoc macula illa, ut liquet, ad perfectio-  
nem corporis Lunæ pertinet magis quam pars splendida, quam  
uis prima cogitatione oppositum uideatur. Est enim duplex per-  
fectionis genus in coelestibus corporibus, & ob densitatem cum re-  
mittit, & ob perspicuitatem cum à Sole, ut uniuersali quodam prin-  
cipio illuminatur.

## Propositio ducentesimadecimanona.

Ratio nem eorum quæ apparent circa Solem speculo in aqua po-  
sito declarare.


*Com.* Sit pelvis a b aqua plena: speculum in ea c d e f quadratum, aut  
perfecte, aut oblongum submersum in ea: Sol primum solus in g  
oculus



oculus ex aduerso in h, ita ut ad æquales angulos possit uide re Solē in k, dico qd depresso oculo in m, uidebit alium Solem maiorem uersus marginem aduersum in l, & longè splendidior em: quia enim radij reflectūtur ex k, ut robusti & à medio densiore ad rarius, qui non inflectent, erunt pauci, & ideo Sol in k minor apparebit, et languidior: maior au

tem pars deflectetur à perpendiculari ad m, igitur Sol apparebit maior & ualidior longè splendentibus radijs, adeò ut uix ferri possit. Sed quoniam angulus ex supposito mlf maior est hke, igitur cum oculus iudicet se uidere a d æquales angulos, uidebitur g depresso & propior labro in t, sicut nm est infra h, ita t infra g, quare etiā ut angulus mlf sit æqualis angulo tlf, necesse est ut l sit ultra k: aliter t uideretur quasi tangere aquam. In hora autem deliquij Solis, uelut hodie v. Idus Aprilis hora sexta diei, cū diligentissimi statuerint medium eclipsis in quinta, & supposita fuerit obscuratio à Ioanne Stadio partium nouem cum besse, & tempus horæ unius & m:26, fuit tamen maior & longior: quoniam luminaria fuerūt propiora una parte caudæ Draconis, quam ipse posuerit in tabulis, & hoc quia supponit equinoctium tardius diebus duobus quā apud Alphonsum: & forsan sufficiebat una dies, scilicet ut esset die decima Martij horis decemocto à meridie: nam tunc omnia respondent observationi: in qua apparuerunt quatuor Lunæ: & quidem ab initio fuerunt duæ orientiores e regione, scilicet op, & una occidentalior n, & tantum distabat na k quantum o: Et clarum erat quod p erat, sicut secunda iris parua & non candida, sed rubra purpureo mista, quoniam ex reflexu o oriebatur: apparebat autem a latere illo, quoniam Luna dextram partem obtegebatur, ideo illa erat minus luminosa, & uerus Sol erat in k, modo Luna, modo Solis imaginem referens ubi transisset eclipsis medium, non amplius tres illæ Lunæ apparuerunt à dextra & à sinistra, sed una ultra nos

in q




in q, & duæ uersus nos in r & n  
& quæ erat in r, erat similiter  
parua & purpurea rubraꝝ, &  
mutato speculo uariebatur si-  
tus q & r u, id est, ut modo es-  
sent quasi in medio laterum e  
& f, quandoque transuersæ. Et  
hoc contigit ob mutationē lo-  
cū propter speculi uariationē.

Causa est, quoniam Luna cū  
permeet Solem non ē regiōne  
recta lineæ oppositæ nostro ui-  
sui, & solum momēto, & in lon-  
gis temporū interuallis possit  
obtegere illum. Sit ergo ut Sol  
obtegatur à Luna medijs par-  
tibus, & sint radij extremi in  
speculo: ac & ad, igitur erunt  
tanquam duo Soles, sed uterq;  
illorum geminatur, ideo fiunt  
tres: medius enim ob Lunæ  
perspicuitatem integer, appa-  
ret, ideo modò sub forma So-  
lis, modò Lunæ laterones am-  
bo sub forma Lunæ: ideo erūt  
tres, quib. addita Luna p, quæ  
est reflexa a secunda, fiunt qua-  
tuor. At dices cur non fit refle-  
xus secundum directum oculi,  
ut Lunæ appareant ultra citra-  
que Solem? Dico quod Luna  
diuidente orbem reflexus fit ad latera, quia radij transuersim ferun-  
tur: cum autem non diuiditur fit prorsum & retrorsum. Sed cur dis-  
ces Lunari forma? quoniam partes Solis quæ uigent, eiusmodi for-  
ma apparent, iconem uides à latere.


Propositio ducentesima uigesima.

Causam cur Sol æstiuis diebus exoriens umbram ad meridiem,  
cum in meridie ad boream mittat, explorare.

**Co<sup>m</sup>.** Dico quod ubicunque terrarum in nostro hemispherio, Sol ubi  
fuerit in Oriente seu Occidente uidebitur, cum sub circulo æquino-  
ctij fuerit è regiōne, nobis etiā si homo sub arctico circulo habitet,  
& ita



& ita respicienti ad polum umbra erit à dextra in sinistram, dum oritur & à sinistra in dextram dum occidit. Et quod dum erit in meridie umbra uerget ad Septentrionem. Tertio dico, quod in his qui habitant uersus Septentrionem à tropico cancri umbra in Meridie, quo cunctæ tempore anni borealis erit. Quartò, quod inisdem toto dimidio anni ab æquinoctio uerno ad autumnale, umbræ oriente & occidente Sole sunt meridianæ transuersæ: & muri responsive boream illuminantur. Sit finitor ab ed in regione boreali, cuius uertex e & f polus, eleuatio poli supra finitorem af, æquinoctij circulus bqd, cui parallelus borealior Solis uia per cancri initium, ghlmn, circulus magnus per uerticem, & intersectiones æquinoctij, & finitoris bhemd, Meridiei semicirculus superior afelq. Cum ergo uertex regionis sit in e, & circulus magnus bhd transiens per uerticem, transeat per centrum terræ ex diffinitione circuli magni, & linea à uertice grauium habitantium sub uertice e, tendat ad centrum terræ ex demonstratis ab Aristotele, & suppositis ab Astrologis, quod grauia omnia tendunt ad centrum terræ, erit quodlibet graue seu murus seu homo, seu per ultimam petitionem, seu per demonstrata in undecimo ab Euclide murus, & homo qui uis incola regionis in superficie circuli uerticalis bed. Igitur dum Sol est in b uel d, umbræ erūt à dextro in sinistrum, uel contrario modo, & ita Sol uidebitur esse è regione nobis: & murus faciet umbram orientalem uel occidentalem. Et hoc est primum. Et quoniam cum Sol erit in Meridie, tum erit in q, igitur erit umbra ad Septentrionem, cum e sit loco gnomonis & murus. Et hoc est secundum. Tertium etiam patet, quia Sol nunquam transibit punctum l in Meridie uersus boream, sed regio supponitur borealior l, igitur tempore meridiei umbra semper hic borealis erit. Et quoniam bhemd secat parallelos, qui sunt in Septentrione ut puta tropicum in h & m, igitur oriente Sole, & occidente rursus per totum arcum gh & mn, uidebitur borealior quam in b uel d parte arcus magni intersecti inter arcum magnum transeuntem per uerticem & locum Solis, ubi secat finitorem & puncta b, & d: & ita erunt umbræ Meridionales toto hoc tempore, & hoc est quartum.



# HIERONYMI CARDANI

254

**Cor<sup>m</sup>. 1.** Ex quo sequitur, quod in hoc toto tempore ueris & aestatis, cum Sol in Meridie uideatur esse post ergum, & in Meridie, & dum ori tur à parte Septentrionis. Ergo ab ortu Solis ad Meridiem uidebitur ferri motu diurno, linea obliqua à Septentrione in Meridiem: & à Meridie ad Occasum, alia obliqua linea à Meridie in Septentrio nem: ut in figura, ut si Sol sit in a in Oriente, b in Meridie, c in Occidente, & uertex nobis in e.

**Cor<sup>m</sup>. 2.** Sequitur etiam, quod si tempore aestatis possemus in media nocte uidere Solem, in coeli medio uideretur, tantundem uersus boream declinare, quantum in Meridie ad Meridiem. Et hoc quia circulus æquinoctij b q d, tanto borealior est in parte inferiore circulo per uerticem, quanto in superiori est australior: quoniam circuli magni se secant per æqualia. Et si hoc est uerum de Sole sub æquinoctij circulo, quāto magis erit uerum de Sole sub tropico æstiuo?


**Cor<sup>m</sup>. 3.** Ex præcedenti patet, qd Sol in media nocte borealior uideretur sub æquinoctij circulo tanto, quāto uidetur australior seipso, dum est sub tropico cancri, quia circuli se secant ad angulos oppositos æquales: igitur si uerticis circulus maiorem facit angulum superiorem cum æquinoctij quam tropici borealis circulo, igitur &

**Per similem**  
**Propos. pri-**  
**mi Elem.** inferiorem: homo autem & uetus iudicat australe & boreale iuxta inclinationem circuli ducti per locū Solis ad circulum ductum per locum uerticis.

## Propositio ccxxi

Magnitudo Lunæ & cæterorum astrorū dignoscitur ex proportione aliorum ad eam iuxta distantiam: ipsius uero iuxta rationem pupillæ ad Lunam distantiae ratione.

**Co<sup>m</sup>.** Sit pupilla a b, quæ in circulo l m, posita in eodem centro, comprehendat portionem notam l m, ideo clauso oculo altero eandem portionem uidebit totius coeli, ut liquet ex demon



æquals

stratis in Elementis Euclidis, igitur nota l m nota erit pupillæ, & ideo g h quanta sit portio cœli, quia k est etiam quasi centrum cœli Lunæ, sit ergo Luna c d, eritq; tanta portio g h notæ, quanta e f pars pupillæ, per quam uidetur ipsius a b: e f autem similiter est nota in n o, igitur & c d in comparatione ad totum circulum. Quia uero g h est nota, & in Sole conspicitur arcus notus æqualis, ergo erit nota diuersitas aspectu ob distantiam nostram à terræ centro, quare altitudo Lunæ nota, & eius magnitudo, eius enim ad semidiametrum oculi, ut c d ad e f. Hoc autem est crassa Minerua additum, ut quis intelligat difficiliora esse quæ crassa uidentur, quam quæ elaborata. huiusmodi autem diuina, de quibus mox dicendum erit.

## SECUNDA PARS DESUPER

Principia.

## DIFFINITIO PRIMA.

Proportio imperfecta seu potestate est duarum quantitatū, quæ sic se habent, ut nullæ duæ aliæ in eodem genere inueniri queant.

## DIFFINITIO SECUNDA.

Proportio media est comparatio rei non habentis quantitatem, quæ tamen mutari possit ad rem, quæ quantitatem habeat.

## DIFFINITIO TERTIA.

Proportio sublimis seu ordo dicitur duarum substantiarum, quæ quantitatem non habeant, comparatio.

## PETITIO PRIMA.

Infinitum quod imaginem habet quantitatis, quantitatem autem non habet, neq; est quantitas.

## PETITIO SECUNDA.

Repugnans est super quod nulla est potentia.

## PETITIO TERTIA.

Non posse super ea quæ repugnat, nullam declarat imperfectio nem, neq; infinitum non esse negat.

## PETITIO QVARTA.

Infinitum infinito maius esse non potest.

Propositio ducentesima uigesima secunda.

Quantitates quæ æquales esse nō possunt in eodem genere, maius tamen & minus recipiunt, sunt in proportione potestatis.

Sint propositi duo anguli, gratia exempli, a rectilineus, b uero in circumferētia circuli, qui potest esse maior, & minor rectilineo proposito, & nunquam potest esse æqualis, ut declaratum est suprà, dicto proportionem b ad a esse potestate, nam ut uisum est, potest esse maior & minor, & est maius & minus uerè, & ideo sunt in eodem genere, & uterque est continua quantitas, igitur in transitu necesse est, ut sint æquales aliquando sed non actu, hoc enim repugnat, igitur potestate.

## Propositio ducentesimauigesimatercia.

Quantitates quæ actu æquales esse non possunt, in nulla proportione actu esse possunt.

*Com.* Sint duæ quantitates quæ æquales esse non possint, ut in priore exemplo a & b, dico quod non possunt esse in aliqua proportione in actu, aliter sint in proportione c, & ducatur c in b, fiat d, erunt ergo d & a æquales, quod est contra suppositum, nam supponitur quod nulla quantitas ex genere b sit æqualis a, sed d est ex genere b & æquale a, & ideo suppositum non manet, igitur a & b non sunt in aliqua proportione in actu.

## Propositio ducentesimauigesimaquarta.

Neq; temporis totius ut imaginamur ipsum esse infinitum, neq; æui uitarum proportio ulla est ad tempus quod potestate est, ut potest diem uel mensem.

*Com.* Tempus ipsum ut infinitū est, aut in actu est, aut refert quippiam in actu, pars autem temporis solum est potestate, quia nullum tempus in actu est, neq; annus, neq; mensis, neq; dies, neq; hora aut momentum, sed si totum tempus non esset actu, nihil esset actu, neq; totum neq; partes. Igitur totū tempus, uel aliquid loco eius est actu, partes autem potestate, sed ut uisum proportio infiniti nulla est, & ad rem quæ actu non est, igitur tempus nullam habet proportionem ad annos, neq; menses uel dies. Quare qui dicunt, quod mille anni sunt unus dies, in philosophia errant, secus apud Apostolum, ubi de diuinitate agitur. Ergo anni sunt longū tempus, & dies breve, quia dicuntur in comparatione inter se, & non secundum proportionem ad infinitum. Quia sit infinitum a, & duæ quantitates b maior, & c minor, uel ergo proportio a ad b c, est una uel diuersa, si una, ergo b:c erunt æquales, si maior est ad c quam ad b, ergo infinitum est maius infinito, ergo non est infinitum, quod est contra petita.

*Per 9. quinto.  
ti Elem.*

*4. Petit.*

## Propositio ducentesimauigesimaquinta.

Proportio media non est ex ratione agentis sed patientis.

*Com.* Proponatur a quantitas, que debeat mutari ab uirute quæ non sit in materia, & palam est quod non poterit permutari in instanti, quia simul esset, & non esset ergo repugnaret, neq; etiam potest non esse, ut demonstratum est in Hyperchen, quia repugnant necessario & essentiæ Dei, neq; mouetur à certa proportione, quia b caret omni quantitate, ergo nihil ostendit uim ipsius b esse finitam, quod ergo moueatur tardè ceteriter

b

a

*Per 3. Petit.*

leriter paruum magnum, istud contingit totum ex conditionibus a, id est, materiae & quantitatis: uelut, gratia exempli, si a esset in uasco palmi, non posset implere iugerum, & hoc non ostendit ullam imperfectionem in b. Et sicut homines omnes sunt in carcere huius mundi, & tamen uidentur esse sibi liberi, & appellant solū illos esse in carcere qui sunt in ergastulo, ita omnis materia, & omnis quantitas habet conditiones, per quas (ut ita dicā) constringitur, & repugnat eas mutari, & ideo uitā agunt sine ulla proportione. Quod uero dictum est, supra dictum fuit, per exemplum dictum est, non quia ita sit, finge ergo quod in aliquo pariete, non sit albitudo, nisi unius gradus, illa non operabitur nisi per unum gradū, etiam si calx esset infinitè alba, & similiter de luce Solis, ergo omnes mentes mouent sine proportione, & non possunt dici finitae uel infinitae, quia ipsæ sunt expertes omnis quantitatis, immo omnis relationis ad quantitatem, & hoc est quod latuit multos, & maximè propter dictum Philosophi, est ergo omnis operatio iuxta id quod est in materia, & non quod una mens maiores habeat uires, alia cum non sit in eis, neq; maius neq; minus.

Propositio ducentesima uigesimasexta.

Proportio sublimis non consistit in magnitudine, sed ordine iuxta quem differentia est eius quod est ante & post.

Non enim potest esse comparatio iuxta magnitudines motas, <sup>co<sup>m</sup></sup> quoniam uel sunt corpora cœlestia, uel elementaria, elemētaria esse non possunt, quia illa cum sint corruptioni obnoxia, id est, transmutationi, secundum qualitatem non possunt esse subiecta incorporearum substantiarum, neq; à primis substantijs moueri, neq; etiam excipere primò lumen suum, sed mouentur per uim influxam à cœlestibus corporibus, neq; etiam per motum corporum cœlestium, nam illa non mouentur secundum proportionem mentis ad corpus, sed iuxta rationem finis, à qua circumscribuntur, & ideo quod Saturnus moueatur uelociore motu, quam Iuppiter ab Oriente in Occidentem, hoc non est, quia uita quæ mouet Saturnum fit robustior uita quæ mouet Iouem, cum sint una & eadem uel si dicas quod sint diuersæ uita Saturni, non tamen est ualidior in comparatione ad suum cœlum, uita Iouis non moueret celerius Saturnum ab Occidente in Orientem, quam uita Iouis Iouem, quod est falsum, sed talis motus uelocitas est ratione finis, quia oportet ut pariter moueat eo motu, & quia cœlum Saturni est maius, ideo celerius mouetur quam Iouis, & hoc ratione corporis mobilis, & non ratione proportionis ad corpus. Dico etiam, quod non habent potestatem aliam, per quam subeant proportionem, nam queritur cuius com-

paratione illa proportio oriatur, nam non ad corpora, quia neque ad cœlestia, neque mortalia, ut dictum est, nisi fingamus alia corpora, quod est absurdum, neque etiam ratione incorporeorum, nam non possunt destruere se inuicem, quia inferior non potest tollere superiorem, neque multo minus potest uelle. Hoc est enim nefas cogitare, neque superior inferiorem, quam producit quam amat: & ideo dico, quod sunt in proportione sublimium, id est, ordine perfectioris, qui consistit in propinquitate ad primam causam. exemplum, Sol est longe perfectior sua luce, quæ est ei propria, quia Sol est substantia, & lux est proprium, & lux Solis est multo perfectior lumine, cum sit (ut dixi) lux proprium & in Sole, tanquam in subiecto, lumen autem extra & accidens. Nec tamen dicendum est, quod Sol sit potentior luce, aut lux lumine, idem dico de anima & facultatibus eius, & functionibus, inter quas nulla cadit proportio perfectionis, tamen differentia conspicua est, & ideo poterit impediri functio, & non facultas, et facultas tolli remanente anima. Forsan dices, quod iste non sunt substantiæ, & ideo oportet, ut omnia incorporea Deo solo excepto essent accidentia, dico quod in incorporeis non est sicut in anima, quæ est iuncta corpori, neque ut in Sole quod est corpus, sed tanta est perfectio producti incorporei, quod ipsum est substantia. Et ratio est quia substantia differt ab accidente uel ratione corporis, ut aqua à frigiditate, & hoc non est in incorporeis, ut manifestum est, uel quia unum sit subiectum alterius, & ideo substantia, ut est principium comparationis, & in se ipsa dicitur substantia, & ut comparatur ad extra & ad operationem suam, cuius est principium dicitur facultas: uelut uita cœlestis substantia est, ut uero cœlum pulchritudine illius delectatum mouetur ad obsequium, dicitur facultas in illa uita, & non est nisi substantia, tamen ipsius uitæ adeo ut sola ratione differant. Tertia differentia est, quia substantia non est in subiecto, sed facultas est in subiecto, uerum in incorporeis, ut dixi, non differunt nisi sola ratione, uelut pater & homo, nam pater necessario est homo, & est substantia, ut ad aliud comparatur. Quarta differentia est ratione propriæ naturæ quæ non dependet, nam substantia non pendet sicut accidens & facultas, uerum ubi genita fuit non amplius pendet: respondeo, quod in incorporeis producitur, & non repugnet productio substantiæ, quia si non repugnat generatio hominis, quod sit substantia, multo minus etiam incorporeorum. Relinquitur ut obiectas, quoniam substantiæ incorporeæ semper fiunt, ergo nunquam sunt uerae substantiæ: ad hoc respondendum est per interemptionem, nam de uera responsione non est hic locus, quod eadem

eadem ratione qua producuntur uitæ, producuntur etiam cœli, at cœlum nihilominus est uerè substantia, & magis istis mortalibus, ergo uel talis productio non est perpetua, uel, ut uerius dicam, est simpliciter productio circumscripta ab omni tempore præsentí, præterito & futuro. Quare erit magis uera productio quam substantiæ mortalis, ideo contingit hic error ex dissimilitudine eorum quæ maximè similia esse uidentur, nam cum accidentia producantur in tribus temporibus, & incorporea in nullo, substantia autem mortales solum in uno tempore, ideo productio incorporeorum uidetur esse similis productioni accidentium, cum tamen productio substantiæ mortalis sit uerè media inter illas, nam substantia mortalis producitur in uno tempore, accidens in omni substantia immortalis in nullo, necesse est autem extrema magis differre inter se quam à media, igitur substantiæ incorporeæ ordine & perfectione differunt, non tamen proportionem habent. Et si quis dicat, quod ultima substantia esset èquè potens, ut Deus: respondeo quod non est uerum, quia uel loqueris de perfectione, & ita demonstratum est, quod Deus est ipsa perfectio, ultima substantia est imperfeciſſima: uel loqueris de magnitudine, & ita non sunt æquales prima & ultima substantia, quia non possunt comparari, sicut lumen non potest comparari lumini, quod sit dulcior uel amarius, grauius uel leuius, maius enim & minus, & æquales sunt differentiæ quantitatum, uitæ autem non habent quantitatem operationis, quia, ut dixi, est absolutissima ratione finis, neque potentiam ad aliquid, quia sunt in æterno actu, & hoc secundum philosophos, & iuxta rationem numinis naturalis, nam secus religio & fides tenent, quia supponunt mundum esse creatum, & sic potentia differentiæ ab actu, quia Deus nunc creauit, & antea non creauerat, & tamen poterat creare.

Ex hoc patet, quod nulla substantia incorporea est finita nec infinita, nec extensa nec contracta, quia omnia ista pertinent ad quantitatem, quarum ille omnino sunt expertes.

### Propositio ducentesima uigesimalis septima.

Vitæ iuxta numerum perfectionum in comparatione ad cognitionem nostram proportionem quandam habent.

Velut Deus est per se primo absolutum, & causa omnium bonorum, & esse sapientia uero quæ generatur à primo bono, non est causa omnium bonorum, quia sic produceret primum bonum, & produceretur est tamen per se primo & absolutum bonum,

amor autem est causa omnium bonorum posteriorum, & absolutum, & per se sed non primo, & ita de uita quæ regit mundum, ipsa non est absoluta, neç per se primo, sed solum causa omnium bonorum, est tamen absoluta in ordine bonoru, quæ retinuit, & hoc modo dicimus esse plures personas in diuinis plures mentes, & substantias incorporeas.

Propositio ducentesima uigesima octaua.

Proportionem scientiæ futurorum & cæterorum occultorum considerare.

*Co<sup>m</sup>.* Septem licet sint modi futura & occulta prægnoscendi, quædam tamen sunt communia omnibus, quædam multis: uaria quoque est ratio horum, alia enim est proportio sciendi, atq; hæc duplex, uel ex ratione intelligendi quæ ortum habet ex comparatione animæ ad magnitudinem & difficultatem eorum, quæ cognoscuntur, quædam ad modum quo iudicatur. Alia rursus est ratio proportionis modi ad animam ipsam, ut quisque propior fuerit ipsi aut remotior, alia demum est differentiæ signoru aut causarum, ergo ut à propinquitate initium ducam, septem uidentur esse ordines, qui etiam ad perfectionem dijudicandi pertinent. Primus est eorum quæ agimus quibus prudentia dominatur, atque hic admodum certus est, ut in negotijs publicis priuatisq; uidemus, est autē duplex, ciuilis & miliaris. Secundus est naturalium, est autem maximè euidentis in tribus medicina, agricultura & nauigatione. Tertius est eorum quæ sunt secundum naturam, sed non per causas, uelut astrologia & physiognomia. Eius aut̄ tres sunt partes physiognomia, metoposcopia & chiromantia, namq; astrologia etsi per causas sit, magis tamen per signa ostendere uidetur, nam quod Iuppiter in ascendentे bonos præbeat mores, cur magis hoc in loco uel illo, magna est quæstio. Quartus est consensus omnium nobiscum atq; fatale uinculum, in quo genere ponuntur fulgrum casus, exta, & augurium & hygromantia. In quinto modo ponuntur ea quæ cum anima nostra consensum habent, eiusmodi sunt uitæ aut genij aut eroes. Sextus uero est ex origine, uelut sunt Prophetæ & uates Sybillæq;, quorum uis alia in seipsis, ut prophetarum, alia uaporis ut Delphici oraculi, alia aquæ uelut in Colophonio oraculo. Ultimum est præstantissimum idemq; remotissimum, quod à Deo per preces cōsequimur. In omnibus ergo his iuuat præstantia modi non auspiciū, & exta paruam habent significationem, quæ uero à Deo maximam, alia enim est proportio agentis, ut Dei alia modi agendi, uelut quæ per causas sit melior quam quæ per signa, alia impressionis lucis aut efficacis, alia coniunctionis naturæ nobiscum. Quod uero ad nos attinet, aliud

aliud est experitiae artis, aliud ex iudicio acri, aliud ex diligentia. Differentia autem cognoscendi sunt multorum aut paucorum exactæ, uel non exactæ, securæ aut dubiæ, atq; horum omnium causa est magnitudo proportionis, aut in origine ad significandum, aut in anima ad intelligendum. Atq; originis, ut dixi, multiplex est ratio, scilicet modi uel causæ uel efficaciæ, cum uero hæc omnia in unum conuenerint, certissima & exactissima fiet diuinatio, cum pauca & minus ualida, ut pote discursus & iudicium dubia, debilis & paucorum. Quæ uero nugantur Porphyrius & Iamblicus de his, omnino fabulis similia sunt, uideturq; Iamblicus Porphyrio indixisse bellum, sed cum ignauo hoste, ipse longe deterior.

Propositio ducentesimauigesimalanova.

Incorporea omnia unum sunt, neq; numerus est eorum.

Videbitur ab initio paradoxum, sed ubi & modum & demon<sup>stratio</sup>nem ipsam deprehenderis, intelliges ita esse iuxta luminis naturalis rationem, tum uero maximè, cum id adiecero non prohibe<sup>re</sup> me, quin ut partes in homine numerentur. Sed aliud est partes in homine dinumerare, quæ numero ipso non distinguuntur, sed si plures homines seorsum de earum numero interroges singuli diauersa, nec exiguo interuallo differentia respondebunt, sed unus de cem puta, alius centum, alius innumerabiles pronunciabit. Quin etiam quisq; qua ratione uelis illas distinguere interrogabit, at non sic de numero gregis pauidum, aut de pecunij, in quibus nemo ab altero dissentiet, nisi cum in numerando errorem admiserit. Igitur dico non esse numerum in incorporeis, nam finitus erit uel infinitus: si infinitus, numerus non erit, quoniam primum nullus Deus erit nulla prima substantia: nam quomodo Deus erit aut Dominus infinitorum, aut primus ubi non est ultimum? Sed neq; numerus aliquis certus earum esse potest, cum primum non magis hic quam ille: neq; enim definiuntur ullo termino, seu centum, seu mille aut millies mille: nec cum subiectantur quantitati continuæ poterunt subiecti numero, uel alteri cuiquam accidenti. Sed omnia sunt unum, ita tamen quod perfectius est atq; imperfectius diffusum ab ipso infinito, cuius in extremo cohærent mentes nostræ & animæ, & cœlum, quæ communicatæ inferioribus atque corporibus illa agunt, mutant & seruant. Ipsum quam ultimum esse, est in mundo, quod est corpus, & eius pars præcipua cœlum deinde reliqua. Omniaq; mouentur & transferuntur immobili primo principio, quod cum illis coniunctū est: nam reliqua incorporea ab ipso profluunt. Est & ratio Aristotelis in tertiodecimo Theologicorum sermonum, Deus non est unus numeri ratione, sed ita ut non sit plurā,

<sup>sup. 3.</sup>

igitur

igitur in mundo toto incorporeo non est numerus. Si enim Deus esset unus numero, non posset esse ens commune, & uniuersum amplectens cuncta, & accidens contineret, quæ omnia sunt falsa, absurda, nefaria & impia, licet tamen (ut dixi) menti humanæ quæ omnia reducit ad similitudinem sensilium, à quibus originem traxit suæ operationis fingere numeros, sicut in partibus hominis, aut cœli, aut aëris iuxta situm, aut magnitudinem. Est etiam aliis modis iuxta quem Aristoteles numerauit mentes quæ mouent corpora cœlestia, quod absurdum non est, uelut si quis numeret digitos, in pulsante chelis, erunt quatuor aut sex, non tamen est numerus ille uerè plurium, cum ad unum hominem referuntur. Et cum sit mundus hic imago superioris, ut ille dicebat, & inferior potestate contineat infinitas partes, infinitas ordinis ratione superior continebit. Sed non infinitas numero. Exempli gratia, proponamus quod Solis uis dirigatur ad nos usq; impedita per nebulas, ut nōnunquam contingit: erit ergo perfectio una, sed ordinata omnium radiorum: adeo quod si infinita uasa applicarentur aqua plena infinitæ ratios illis ratione comparationis ad uasa & irides, per se autem, ut sunt perfectiones essent in actu.

Propositio ducentesimatrigesima.

Proportio incorporeorum ascendentium semper maior est.

*Com.* Cum proportio illa sit quasi similis decori, & ideo musicæ geometrica maior est in maioribus ac magnitudinibus, ut suprà docuimus. Sed non est neq; geometrica, necq; arithmeticæ, nec musica, nee per recensum, essent enim quantitates quæ compararentur: unaqueq; enim harum inter quantitates constituta: at illa est ut producentis ad productum. Et non comparantur quoad æternitatem, quia ut aliâs declarauit, omnis substantia est æterna: quanto magis incorporea. Quia ergo primum per præcedētem habet rationem totius, & est infinitum, secundū ea parte qua recedit, quia primum non est, plus distat à primo quam à tertio, igitur descendendo usque ad prima elementa. Sed obijcies de qualitatibus & accidentibus: dico quod habent mediū esse, licet tempore infinito uincantur à substantijs, illæ tamen etiam uincuntur & absq; participatione perfectionis illius cum accidētia participant essentia & tempore, & si quis dicat, cur ergo Sol & Iupiter nō sunt locati in supremis orbibus, cum sint nobiliores & maiores & potentiores cæteris erraticis: dico quod fuit ob mundum inferiorem, quoniam si fuissent altiores mundus inferior frigore corrumperetur, quandoquidem uel sic frigore premantur, in hyeme etiam sub torrida plaga, & sub polis ac iuxta eos semper.

semper. Et orbis superiores non indigebant lumine Solis, quod appetat in nocte serena, cum etiam adeo a nobis distent. Vnde si canticula esset in celo Lunæ, plus luminis afferret centuplo quam Luna, cum distantia sit quingentupla distantia Luna a terra. Et si Sol esset factus adeo maior, ut in orbe Saturni consistens calefaceret terram aequaliter, ut non exureretur in aestate, hyeme necesse esset, ut nimirum gelasceret. Sin autem aequaliter esset frigus in hyeme, exuretur terra per aestatem, quandoquidem nec sic illam pati possint, qui in torrida plaga habitant. Et si Sol esset ubi est Luna, & eo minor non illuminarentur orbis superiores. Ideo nobilitas non est in orbibus ob altitudinem, sed ob substantiam incorpoream quæ illi dominatur. Et est in loco congruenti toti corpus, uita autem non est in loco.

## LEMMA.


Et proponantur a & b in proportione dupla altitudinum & magnitudinum, & coparentur ad d, erit ergo angulus a d c maior b d c, quare si sunt aequales vires in a b, refrigerabitur magis d ab a quam b, & ita patet utraq pars dicti in fine propositionis.

Propositio ducentesimatrigesima prima.

Tres esse mundos, atque inter ipsos nullam esse proportionem: nec numero eos definiri.

Cum palam sit esse corporeum mundum ut elementa, & incorporeum ut Dei, & medium esse necesse est uitarum & hominum ac coelestium, quod primum sensu patet, ut cœli, hominum & animalium, atq plantarum, & ratione etiam, quoniam extrema contraria non propriè medio copulantur, ut incorporeum ac corporeum. Dico igitur nullam esse inter hos proportionem atq numerum facere: nam de numero constat, quoniam non sunt tres, quia sint in ordine numerorum, sed ut principium, medium, finis, & perfectum, perfectius, perfectissimum: scilicet posituum, comparatum & superlatiuum. Et quoniam sunt extrema cum medio, ideo sunt in proportione sublimi etiam & non propria. Quod si essent maximè mundi uitalis ad corpora, sed corpora non mouentur nisi iuxta finem uitæ, & non uim: ipsa enim si posset habere uoluntatem infinitam moueret in instanti: quia corpora non reluctantur animabus suis, sed quantus est actus in animabus & uitis, tanta est potētia ad unguem in corporibus, ergo non contingit proportio in mundo uitarum uera nisi illa sublimis. Neq enim finita est quæ nullis circumscribitur terminis, neq infinita quo finitam presupponit, sed neque inter mundum & incorporeum & uitarum cum mentes non moueant,

uitæ



uitæ moueant: & quod mouet necessariò mouet, & quod non potest mouere, quoniam omnia æterna sunt: & in eternis idem est esse ac posse: igitur inter mundum incorporeum & uitarum nulla est proportio uera, sed solum sublimis, nec numerus: nisi ut à nobis finitur. Velut si dicamus in tabula, & in negocio est principium medium finis, & hæc possunt dici tria quatenus distinguuntur: sed nō ob hoc dicendum est tabulam, aut negocium habere tres partes, multo minus esse tria negotia aut tres tabulas.

Propositio ducentesima trigesima secunda.

Omnis motus naturalis, quanto uelocior est, tanto propior est, & magis simillimus quieti.

**C. 2.** Hæc propositio primo intuitu uidetur esse falsa, quoniam cum motus sit contrarius quieti, & efficiat actiones quieti contrarias, quanto uelocior erit tanto remotior à natura quietis & magis dissimilis, propterea intelligere oportet primum, in quo sensu uerba sint accipienda, nam hæc propositio, & authoritate, & sensu & dupli ratione euidenti manifesta est. Oportet igitur primū scire quo ad locum attinet tria esse discrimina: quietem in eodem: transitum ad alium per medium: & transitum ad alium sine medio. Duorum primorū exempla notissima sunt, tertij est hoc, si urceus aqua plenus exponatur Soli, & efficiatur iridis imago in tabula: inde sublata tabula eadem iris appareat in muro, erit transitus sine media, quia quod sit eadem dubium non est, idem radij & idem corpus speculare, quod uero transeat sine medio, primū sensus docet, secundum

**T. 22. 1.** ratio, quia sit in instanti, ut Secundo de Anima. Rursus Sol illustrat urceum aqua plenum: appareat ex hoc iris in muro, interponatur aliquid, & transferatur urceus, apparebit iris alia loco, & non transiuit per medium, uidetur idem de intellectu, & ui imaginandi, quibus ex Germania transeo in Indiam subito: & eodem modo ex anima salicis, in hac planta fit transitus in proximam neque per medium, quod etiam uidemus in igne & ellychnio proximo, & id sape accidit tum præsertim cum nuper extinctum fuerit.

Iam ergo id supponamus, quod etiam ad rem parum facit, sed ad intelligentiam satis, uideamus quare sit quod motus opponatur quieti, & manifestū est, quod differentia loci est causa, nam in quiete res manet in eodem loco, in motu transit ad alium locum, & quanto medium est maius, tanto motus est manifestior, unde sequitur, quod in his quæ ualde lente mouentur, illa uidentur quiescere, & post aliquot tempus deprehendimus mota fuisse, nunquam tamen moueri, sicut in Sole, Luna, stellis, unde illa opinio Philosophorū existimantium omnia semper moueri, nō omnino potest tam bene reprobari,

reprobari, quia licet sensus non cognoscat moueri, cognoscit tamen mota esse, & id sufficit: multa ergo cognoscuntur mota esse quae non cognoscuntur moueri, uelut lapis grauis superstans terrae, quem uidemus post annum descendisse per duos digitos, & tamen semper uidetur quiescere. Igitur cum in pari tempore que uelociter mouentur plus spatij superent, maius etiam relinquunt medium inter locum, & locum, & ob id magis remota sunt a quiete, & magis illi contraria: hae igitur est ratio cur que uelocius mouantur, minus quieti similia aut proxima existimentur. Dico ergo, quod illa que naturaliter uelocissime mouentur, sunt magis similia & magis proxima ipsis quiescentibus quam que tarderuntur: cum enim omnis motus naturalis necessariò etiam sit regularis, ut qui a uirtute Dei fiat, erit uel per lineam obliquam aut rectam. Quoniam uero multarum recta est perfectissima, & obliquarum circularis, erit omnis motus naturalis circularis aut rectus: dico ergo quod in utroque uerum est quod dicitur. Et primum in circulari ille motus est propinquior quieti, in quo partes sunt propinquiores suo loco, sed si uelocissimus sit motus, nuncquam ita sunt extra suum locum, qui enim in potestate sint proximae ei: ergo partes ille inde se habent ac si quiescerent. Secunda ratio, quia quod uelocissime mouet, absque dubio tanto tempore quietit in suo loco quanto quod tarderuntur: exemplum. Luna in triginta annis quiescit in principio arietis quadringenteis per sex horas, id est, centum diebus in quadringtonitis uicibus, Saturnus ceterum diebus sed semel tantum: ergo tantum Luna quiescit, quantum Saturnus, comparatione ad idem tempus addita pari ratione in alijs partibus, sed cum uelocius mouetur Luna quam Saturnus minus quiesceret uidebitur Luna in alijs partibus quam Saturnus, & tantudem in principio arietis Luna ut Saturnus, ergo cum Luna tantudem in principio arietis quiescat, quantum Saturnus in triginta annis, & in alijs partibus minus quam Saturnus, igitur absolute Luna plus quiescit in principio arietis, quam Saturnus dato tempore aequali triginta annorum. Et formatur demonstratio hoc modo: Luna quando est in loco ipso, puta in principio arietis, ibidem est actu, & quietit per tantudem temporis quantum Saturnus, & in omnibus alijs locis data paritate, est semper propior ipsi principio arietis potestate quam Saturnus, igitur Luna plus quiescit in principio arietis quam Saturnus, quia dum ibidem sunt aequaliter quiescentes, & dum sunt extra, Luna semper est propior & potestate magis in illo loco, igitur Luna magis quiescit in principio arietis quam Saturnus. Tercera, si Luna & Saturnus mouerentur in aequali tempore, & Luna in paruo circulo, & Saturnus in magno, dubium non esset, quin

Z Luna

Luna non diceretur magis quiescere in suo loco, & diutius quam Saturnus, nam Luna semper esset prope locum suum, & Saturnus persæpe uideretur procul. Sed si moueantur in eodem circulo, & Luna moueatur uelocissimè, Saturnus tardè: perinde erit, ac si Luna moueatur in paruo circulo, & Saturnus in magno, ergo quod uelocissimè mouetur est proximus quieti quam quod tardè. Illud etiam idem manifestius erit in extremis, nam quod minimo spatio mouetur propemodum non mouetur. Sicut, si quid circa centrum moueatur, adeò ut ipsum tangat, non dicetur moueri, sed quiescere ibi, sed quod uelocissimè mouetur, semper uersatur circa idem, quia nunquam multum abest, quia ibi non quiescit, igitur quod uelocissimè mouetur motu naturali circulari est proximus quieti quam quod tardè. Demum, si aliquid moueretur infinita uelocitate motu circulari, semper esset in eodem situ secundum partes & immobile, igitur quod infinita uelocitate mouetur, & quiescit. Ergo quod uelocissimè mouetur cum magis distet ab opposito eius, quod infinita tarditate mouetur, quam quod tardè, magis etiam appropinquit potestate in efficaci infinitæ uelocitati quam quod tardè, igitur quod uelocissimè mouetur proprius est quiescenti quam quod tardè. Demonstratum est enim in Dialecticis, argumentum ostendere ab eo quod est simpliciter tale ad id qd natura illi quoquo modo tale est & cōuerso modo. Ostendo modò quod simillimus: quoniā illud est similius quieti in quo quod fertur non potest dignosci distantia à priore loco, sed in uelocissimè motis hæc distantia non potest dignosci, igitur uelocissimè mota uidentur planè quiescere, quod idem patet duobus experimentis manifestis. Primum si quis uideat rotas quibus acuuntur gladij moueri usq; ad certam uelocitatem, augeri uidetur motus ille, uerùm cum adeò cōcitatus fuerit, ut sensus non possit discernere, nec comprehendere illam uelocitatem, & rota non fuerit mota ab axe, ita ut titubet nec fuerit ulla inæqualitas, uidebitur omnino quiescere, & ita oculus dijudicat, & longè magis dijudicaret, ubi ad tantam motus perueniret uelocitatem, ut nullo modo initium à fine distingui posset, sicut est in motu cœli, qui comparatus ad quemuis motum uelocissimum artificio factum, insensilem habet proportionem ob magnitudinem, & ideo talis motus cœlestis est simillimus quieti. Secundum experimentum est, si essent duo homines habitantes Bononiæ, quorum unus iret Mutinam, paulatim quiescendo in quolibet loco per unam diem, adeò ut in unoquoq; anno maneret Mutinæ, & prope per sex menses, & prope Bononiam per sex alios menses in diuersis locis, & una die tantum Bononiæ: alius uero iret Mutinam singulo die, & per

per omnia loca sicut hirundo uolans quater & quater rediret Bononiam, nemini dubium est, quod hic secundus uideretur magis quiescere Bononiæ quam primus, & hoc quia in anno quilibet eorum quiesceret per unam diem Bononiæ, & in hoc essent æquales, sed secundus uideretur frequentius Bononiæ quam primus, & etiam am esset potestate propior illi, adeo ut liceret cuilibet illum conuenire qualibet die magis quam primum: ergo duabus de causis uideretur secundus magis quiescere Bononiæ quam primus, & in ter tia æqualiter.

Modò dico de recto motu, quoniam quanto celerius fertur per medium ad suum locum, tanto minus temporis insumit, ergo diuisus quiescit in loco, minus est etiam tempus per quod mouetur in comparatione ad quietem & simpliciter, ergo in motu recto proprius est quieti, quod uelocissimè mouetur, præterea inter duas quietes motus uelocissimus est imperceptibilis. Ergo motus uelocissimus est similior quieti quam minus uelox. Accedit manifestissimè illud quod ab initio diximus, scilicet, quia motus uelocissimus est medius inter motum tardum & subitam mutationem, hoc enim est manifestissimum, adeo ut dubitemus in motibus uelocissimis, an mobile transierit per medium, est enim primum motus lentus, qui fit ex transitu in longo tempore, & uelocissimus in paruo, & mutatio sine tempore. Rursus constituamus alium ordinem quietis motus, & subitæ mutationis: & ex dictis subita mutatio est propior quieti quam motus: quoniam si motus esset medius inter quietem &

Subit. Mut. Motus uelocif. Motus Tar.  
Quies subita Mut. Motus


subitam mutationem, non esset, ut dictum est, subita mutatio quædam quies: nam in subita mutatione non pertransitur medium: in quiete non pertransitur medium, in motu pertransitur medium, igitur quies est propior subitæ mutationi quam motui. Sed subita mutatio est propior motui uelocissimo quam tardo, igitur quies est propior motui uelocissimo quam tardo.

Videtur & hoc sensus manifestè ostendere, quoniam cum lapis descendit summa cum uelocitate, adeo ut non percipiatur, uidetur quiescere, & non motus esse, & hæc fuit sententia multorum nobiliorum antiquorum, & propterea oportet ut ostendamus difficultates, quæ contingunt in his.

Dico igitur, quod motus naturales sunt duorum generum, ut dictum est, scilicet rectus & circularis: & motus differt à quiete in duabus, in eo quod mutat locum, et in eo quod transit per medium motus, ergo rectus uelocissimus in eo quod transit per medium ma-

gis distat à quiete in eo quod plus de medio superat quam tardus, & est propinquior quieti in eo quod celerius quiescit. At motus circularis uelocissimus est propior quieti in transitu mediū, & in reditu ad locum priorem: de reditu ad locum priorem clarum est per se: de transitu mediū, dico quod cum in prima medietate magis remouetur à medio quam motus tardus, & in secunda medietate tandem, uelocius redeat. Ergo in secunda medietate est semper proximior motus uelocissimus ipsi quieti, sed in prima medietate quod mouetur motu uelocissimo proprius est secundæ medietati semper quam quod mouetur tardo motu, igitur quod mouetur uelocissime circulariter est proprius quiescenti, quam quod mouetur tardè. Et hoc est quia in eternis motus est quies, & ideo habent quandam similitudinem iuxta perfectionem suam, sicut si essent in circulo hunc modo. Mutatio ergo conuenit incorporeis quæ pendet à corpore, sicut lumini: quantum enim sunt ex corpore, occupat diuersum locum, quatenus est incorporei id agit sine transitu per mediū & in instanti, ergo incorporea simpliciter mutationem recipiunt, non in tempore neque in loco. Videlur autem uelocissimum dupliciter etiam nobis iuxta sensum, id est in quo sensus mediū transitum non percipit, & natura quod est primi mobilis. At dubitare quis potest circa hoc, nam proprium motus est tangentia concutere, quietis autem minime: concutit autem maximè quod uelocissime mouetur, ob hoc arbitrati sunt homines quod uelocissimus motus multò plus distaret à natura quietis quam tardus, sed hoc est quia non eadem est ratio uiolenti & naturalis: uiolenta enim non redeunt in seipsa, nec habent rationem circularis, sed potius recti & infiniti, & ideo in his quæ mouentur motu circulari naturali: cōcussio ergo est in motu uiolento, & qualiscunq; motus uiolentus, quanto magis augetur tanto magis recedit à contrario, tanto magis remouetur à natura contrarij, & habet actiones contrariae ualidiores.

Est etiam aliud penè simile argumentum in figuris ipsis, circulus enim unica linea continetur, nulla tamen figura ab ea magis natura remota



remota est triangulo: siquidem circulus capacissimus est, triangulus omnium rectilinearum minimè capax: ut contrà polygonis, quanto plurium sunt laterum eo capaciores sunt, adeò ut octagona quadrangula, & quæ est sexdecim laterum æqualium, & æquiangularium plus contineat octagona, & forma etiam sit similior circulo, adeò ut cum excreuerit in multiplicem numerum rectangula figura huiusmodi, scilicet æquilatera, & æquiangula omnino sensum fallat, uideaturque prorsus circulus. Et tamē figura plurium laterum, quanto plurium laterum fuerit remotior est à natura circuli, qui unatantum linea continetur: plus enim distat centum ab uno quam decem, & mille quam centum. Causa igitur est, quia (ut dixi) etiam in naturalibus omnis natura rerum est, ut quasi clanculum redeat in seipsum: nam circularis figura per triangulum ex rectis multum à natura sua recedit & ambitu & similitudine: eadem per figuræ que ex pluribus rectis constant ad sui similitudinem redit, nunquam tamen explet eandem naturam perfectè, cum nulla poligona figura pro circulo exacto sit: ita uidetur in naturalibus ad idem redire, quod est potestate solum quadam generali dissimile: actu uero non idem ad unguem. Sed obiectes de motu quod si tempus fiat breuius, magnitudo autem constet, erit (ut diximus) quod mouetur simile quieti: at ubi tempus idem sit, sed magnitudo perpetuo augeatur, non idem ut in cœlo: uerisimile est enim quicquid est quod mouetur ulterius quam id quod cernitur nihilominus in uiginti quatuor horis, non autem celerius moueri: propterea cum spatium temporis prolixum sit, non uidebitur quiescere. Nec obstat quod quispiam proportionem obiectat, siquidem multo minus uidebuntur propiora centro quiescere, namque illa tardius ex confessio mouentur, at quod tardius mouetur, ut dictum est, moueri magis uidetur, ideo proportionem illam ad aliud mobile referre oportet, cum nullum tale sit. Dicimus ergo quod apud illas non uidetur motus tardus, quia comprehendunt motum ante tempus, nobis autem hæc accidunt, quia comprehendimus tempus ante motum. Et etiam quia circa polos quasi quiescit, & quod non potest aliquid comprehendi, simul moueri & quiescere, ut docebimus. Et etiam quia motus est ab illis, sicut in nobis cum mouemur: nō enim ut mouemur nos moueri deprehendimus, sed ut moti ideo in his, non quod apparet, sed quod est spectare oportet: at ita est ut quæ uelociter ualde mouentur, perinde sunt quasi ac si quiescerent, adeò ut motus si in instanti fieret esset quies, & quies in incorporeis est motus, non in tempore. Videntur etiam astra quiescere nobis, quoniam (ut dixi) linea æ & b non possunt uideri moueri in e, oculus autem iudic-


cat moueri debere in e, non ex c  
in d, ubi est amplum spatium  
terræ comprehensum, ergo a e  
quiescere uidetur in e, igitur &  
in a. Quod autem videatur in e  
quiescere, patet, quia quod mo-  
tum uideri debet, oportet ut in  
insensili tempore spatium sen-  
sile pertransierit: insensile au-  
tem tempus est minus motu ue-  
locissimo pulsus, hic autem ma-  
ius exigit tēpus centesima par-  
te centesimæ partis hore, igitur  
diei ducentesima quadragesima millesimæ partis, & in hoc oportet  
ut pertranseat sensile spatium, quod est quinquagesima parte ulnæ  
saltem maius. Ergo si fiat instrumentum quingētarum ulnarum am-  
bitus, qd in uigintiquatuor horis circumuoluatur, adeò lentè mo-  
uebitur, ut quiescere videatur: tum uero magis ob id quod dixi,  
quoniam in centro quiescere uidebitur, ergo in peripheria, ubi di-  
stantia deprehendi possit. Ergo nulla machina quæ videatur mo-  
ueri, constitui potest, quæ in horis **XXIIII** circumuertatur: quia non  
tam magna fieri potest, ut spatium à centro ad circumferentiam ocu-  
lo non possit deprehendi.

Et hoc uoluimus declarare ut intelligamus, quæ sunt necessaria  
ad mundum incorporeum.

Propositio ducentesimatriigesimatercia.

Quod est in mundo incorporeo æternum, est beatum, securum  
immutabile secundum locum solum iuxta essentiam fit, iuxta quod  
uelut à leui susurro aquæ & aura æstiuia demulcetur.

**co<sup>m</sup>.** Quod est ibi non est pars nec totum, esset enim quantum, aut nu-  
mero discretum, nec mutationem loci aut temporis habet, cum in  
nullo eorum sit, ideo nec habere potest, nec amittere, non est ibi infi-  
nitum, cuius nullus finis sit, sed dum emanat à priore secundum or-  
dinem est summa uoluptas, qualis in his qui ad cognitionem & felici-  
tatem deueniunt. Que in illis cum æterna sit & secura, recipit quan-  
dam uariationem, in qua delectatur, uelut mortalia ex contrarijs cau-  
sis naturæ contrarijs affectibus: & hoc est perpetuò nouum, quia  
semper pendet & recipit. Et ob id est unum & actu sempiterno,  
quod uero est extra, est potentia, ideo infinitum, quod imaginatur  
anima, quia inordinatum priore ordine, qui est ante līmitē omnem,  
neq; enim dubium est, quin infinitum non sit causa, ut non possit  
esse



esse ordo ille secundus: sed nos loquimur de primo. Et ideo anima nostra ob materiæ coniunctionem appetit ordinem, & lætatur in eo ut inueniat finem in rebus, uelut in multis proprietatibus numerorum est manifestum. Potentia enim est causa imaginandi infinitum, quia semper ultra aliquid esse posse putamus, est igitur potentia actus imperfectus. Anima ergo nostra conuersa est à Deo, res post se in quibus inuenit potentia imperfectionem ~~et regia~~, periculum & infinitum ad desperationem tandem, quod quilibet uidere poterit, qui se à diuinis auerterit: quanto enim plura habet, plura desunt. Multiplicetur filij, opes, honores, nil nisi laborem & anxietatem aucta inuenies. Quomodo autem quod infinitum non est, infinitam faciat potentiam? uides in representatione Solis quæ infinita esset, si cœlum esset infinitum. Dubitatione autem dignum esset, an si cœlum infinitum esset ubique Sol illuminaret: seu quia quæsum nullum sit, uisit de eo quod non est, nihil autem non esse possit, aut quod non posset, quoniam uirtus corporea est. Corporeo autem omni finem adesse necesse est. Hanc nouitatem ergo alijs triplum, alijs musicam & sonum cœlestem interpretati sunt.

Manifestum est igitur substantiam incorporei mundi, esse in <sup>corp</sup> quadam mutatione perpetua ordinis, & sine motu, tempore & loco: unde amor & uoluptas mutua, & totum unum, sicut anima cum cognoscit Deum, & cum cognoscit cœlum descendit, & fit alia oratione. Et hæc beatitudo in mundo illo est tanta, ut incomparabilis sit nostræ, quæ est umbra eius, etiam quando est & pura, etiam si esset perpetua. Igitur hic finis nostri Diuina naturæ & libri.



HIERONY-  
MI CARDANI,  
PRÆSTANTISSIMI MATHE-

MATICI, PHILOSOPHI,

ac Medici,

ARTIS MAGNAE,  
SIVE DE REGVLIS ALGEBRAI-

CIS, LIB. VNVS, QVI ET TOTIVS OPERIS

de Arithmeticæ, quod OPVS PERFECTVM

in scriptis, est in ordine De-  
cimus.

**H**abes in hoc libro, studiose Lector, Régulas Algebraicas (Itali, de la Cos-  
sa uocant) nouis adiuventionibus, ac demonstrationibus ab Authorc  
ita locupletatas, ut pro pauculis antea uulgò tritis, iam septuaginta euaserint.  
Neq; solùm, ubi unus númerus alteri, aut duo uni, uerum etiam, ubi duo duo-  
bus, aut tres uni æquales fuerint, nodum explicant. Hunc autem librum  
sæcò de nouo edere placuit, partim ut hoc abstrusissimo, & planè inexhausto  
totius Arithmeticæ thesauro in lucem eruto, & quasi in theatro quodam  
omnibus ad spectandum opposito, Lectores incitarentur, ut reliquos

Operis Perfecti libros, tanto audiūs amplectantur, ac mi-

nore fastidio perdiscant: partim quia ab Autho-

re recens diligenter recognitus

& auctus sit.

2

# HIERONYMVS

CARDANVS MEDICVS AN-

dreae Osiandro viro eruditiss.

S. P. D.

 I H I L tam animo unquam uersaui, Andrea doctiss.  
quām ut eorum, qui de bonis literis bene merentur,  
nomina posteritati commendarem. Tum uero præ-  
cipuam quandam diligentiam adieci, si tales cum eru-  
ditione humanitatem coniunxissent. Quamobrem  
cūm te non solum Hebræarum, Græcarum ac Latinarum literarū  
scientiam haud mediocrem, sed etiam Mathematicarum habere in-  
telligam, humanissimum quoq; semper expertus sim, uisum est, hoc  
meum Opus, nulli melius posse dedicari, quām tibi, à quo possit &  
emendari, (si manus mea imperium mentis transgressa fefellisset) &  
legi cum uoluptate, & intelligi, tum uero etiam cum autoritate  
commendari. Hoc exemplum, nisi fallor, & alij sequentur, ac opera  
sua, non nisi in ea quam tractant arte eruditis dedicabunt. Accipe  
ergo amoris erga te mei, & officij in me tui, tum præclaræ simul  
eruditionis tuæ perpetuum testimonium. Et quanquam tu talis  
sis, quem tua uirtus omnibus notum faciat, tamen cum Alexander,  
& Cæsar, factis suis notissimi, aliorum monumentis inscribi desis-  
derauerint, cumq; Plato, qui mira illa per se se conderet, aliorum tamen  
scriptis laudari concupuerit, spero meum hoc qualecunq; offi-  
cium tibi quoq; non ingratum esse futurum, quod & in his fortuna  
quædam dominetur, pereantq; meliora s̄epe, seruatis deterioribus.  
Et sit modo de hoc qualecunq; iudicium tuum, certum mihi tamen  
est, officio meo me satisfacere debere. Atq; utinam contingat illuz-  
striore exemplo, animum meum erga omnes ostendere, qui eo ani-  
mi candore sunt, quo te in studiosos nostri temporis fuisse  
semper agnoui. Sed dabitur forsan occasio melior, et si  
non detur, hanc tamen, qualiscunque sit, perisse  
mihi nolim. Vale. v. Idus Ianuarias.

M. D. xlv. Papiae.

# INDEX EORVM QVÆ IN HOC LIBRO CON- TINENTVR.

- Cap. I. De duabus equationibus in singulis capitulis. fol. 5  
II. Denumero omnium capitulorum. fol. 13  
III. De æquationibus capitulorum simplicium. fol. 15  
III. De subiectis æquationibus generalibus & singu-  
laribus. fol. 17  
V. De inuenienda æstimatione capitulorum compo-  
sitorum minorum. fol. 18  
VI. De modis inueniendi capitula noua. fol. 28  
VII. De capitulo transmutatione. fol. 34  
VIII. De æstimatione generali & æquatione, cum media  
denominatio æquatur extreme & numero. fol. 41  
IX. De secunda quantitate incognita non multipli-  
ca. fol. 42  
X. De secunda quantitate incognita multiplicata. fol. 45  
XI. De cubo & rebus, æquilibus numero generaliter. fol. 58  
XII. De cubo equali rebus & numero generaliter. fol. 61  
XIII. De cubo & numero æquilibus reb' generaliter. fol. 62  
XIII. De cubo æqli quadratis & numero generaliter. fol. 65  
XV. De cubo & quadratis æqualibus numero genera-  
liter. fol. 66  
XVI. De cubo & numero æqualibus quadratis genera-  
liter. fol. 69  
XVII. De cubo quadratis & positionibus æqualibus nu-  
mero generaliter. fol. 70  
XVIII. De cubo & rebus æqualibus quadratis & numero  
generaliter. fol. 74  
XIX. De cubo & quadratis æqualibus rebus & nume-  
ro generaliter. fol. 81  
XX. De cubo æquali quadratis rebus & numero gene-  
raliter. fol. 82  
XXI. De cubo & numero æqualibus quadratis & rebus  
generaliter. fol. 84  
XXII. De cubo rebus & numero æqualibus quadratis ge-  
neraliter. fol. 85  
XXIII. De cubo quadratis & numero æqualibus rebus ge-  
neraliter. fol. 87  
XXIII. De 44 capitulis deriuatiuis. fol. 88

I N D E X.

<b>XXV.</b>	De capitulis imperfectis & particulari- bus.	fol. 91
<b>XXVI.</b>	De regulis maioribus singularibus. fol. 98	
<b>XXVII.</b>	De transitu capitulo particularis in capitulum particulare.	fol. 101
<b>XXVIII.</b>	De operationibus radicum pronicarum seu mixtarum & allellarum.	fol. 102
<b>XXIX.</b>	De regula modi.	fol. 103
<b>XXX.</b>	De regula aurea.	fol. 105
<b>XXXI.</b>	De regula magna.	fol. 107
<b>XXXII.</b>	De regula æqualis positionis.	fol. 110
<b>XXXIII.</b>	De regula inæqualiter ponendi seu propor- tionis.	fol. 114
<b>XXXIV.</b>	De regula mediæ.	fol. 117
<b>XXXV.</b>	De regula duplii aggregati.	fol. 120
<b>XXXVI.</b>	De regula liberæ positionis.	fol. 128
<b>XXXVII.</b>	De regula triplici falso ponendi.	fol. 129
<b>XXXVIII.</b>	De regula duplii, qua excidunt partes multi- plicando.	fol. 132
<b>XXXIX.</b>	Deregula duplii, qua per iteratā positionem inuenimus ignotam quantitatem, ubi ha- bentur 20 capitulo, alia generalia qd'qd'. & qd'. & rerum & numeri.	fol. 143
<b>XL.</b>	De modis suppositionum generalium ad arte magnam pertinentibus, & regulis que extra ordinem sunt, tamen æstimationibus alijs di- uersi generis ab his quæ dictæ sunt	fol. 158

A R S

# ARS MAGNA, QVAM VVLGO COSSAM VOCANT, SIVE REGVLAS ALGEBRAICAS, PER D. HIERONY=

num Cardanum in Quadraginta Capitula res-  
dacta, & est Liber Decimus suæ  
Arithmetice.

De duabus æquationibus in singulis capitulis.

C A P . I.

**I**ARS olim à Mahomete, Mōsis Arabis filio initi-  
um sumpsit. Etenim huius rei locuples testis Leon-  
artus Pisanus. Reliquit autē capitula quatuor, cum  
suis demonstrationibus, quas nos locis suis asscri-  
bemus. Post multa uero temporū interualla, tria ca-  
pitula deriuatiua addita illis sunt, incerto authore  
quæ tamen cum principalibus, à Luca Pacciolo posita sunt. Demū  
etiam ex primis, alia tria deriuatiua, à quodam ignoto uiro inuenta  
legi, hæc tamen minime in lucem prodierant, cum essent alijs lon-  
ge utiliora, nam cubi & numeri & cubi quadrati æstimationem do-  
cebant. Verū temporibus nostris, Scipio Ferreus Bononiensis,  
capitulum cubi & rerum numero æqualium inuenit, rem sanè pul-  
chram & admirabilem. Cum omnem humanā subtilitatem, omnis  
ingenij mortalis claritatem ars hæc superet, donū profecto cœleste,  
experimentum autem uirtutis animorum, atq; adeò illustre, ut qui  
hæc attigerit, nihil non intelligere posse se credat. Huius æmulatio-  
ne Nicolaus Tartalea Brixellensis, amicus noster, cum in certamen  
cum illius discipulo Antonio Maria Florido uenisset, capitulum  
idem, ne uincere, inuenit, qui mihi ipsum multis precibus exoratus  
tradidit. Deceptus enim ego uerbis Lucę Paccioli, qui ultra sua ca-  
pitula, generale ullum aliud esse posse negat (quancq; tot iam antea  
rebus à me inuentis, sub manibus esset, desperabam) tñ inuenire, q  
quærere non audebam. Inde autem, illo habito, demonstrationem  
uenatus, intellexi complura alia posse haberi. Ac eo studio, auctaq;  
iam confidentia, per me partim, ac etiam aliqua per Ludouicum  
Ferrarium, olim alumnum nostrum, inueni. Porro quæ ab his inue-  
ta sunt, illorum nominibus decorabuntur, cætera, quæ nomine ca-  
rent, nostra sunt. At etiam demonstrationes, pæter tres Mahome-  
tis, & duas Lodouici, omnes nostræ sunt, singulæq; capitibus suis  
præponentur, inde regula addita, subiectæ experimentū. Et quancq;  
longus sermo de his haberi posset, ac longa capitulo series sub-

Aa 3 iungi,

## HIERONYMI CARDANI

iungī, finē tamen exquisitæ considerationi in cubo faciemus, cæterā; etiam si generaliter, q̄si tamē per transchnām tractantes: namq̄ cūm positio lineam, q̄dratum superficiem, cubus corpus solidum referat, nā utiq̄ stultum fuerit, nos ultrā progredi, quo naturæ nō licet. Itaq̄ satis perfectè docuisse videbitur, qui oīa, quæ usq; ad cūbum sunt, tradiderit, reliqua quæ adiūcimus, quasi coacti aut incitati, nō ultra tradīmus. In omnibus autem præcedentium, ac maxime librorum tertij, ac quarti, meminisse operæ precium fuerit, ne uel iterum tradendo nugax efficiar, aut obscurior prætermittendo.

Iam enim docuisse nōs meminimus, quæ sint impares, aut pares denominationes. Namq; quadratum, & quadratum quadrati, cūbumq; quadrati, ac deinceps una semper intermissa pares, rem autē seu positionem, cūbum, primum ac secundum. Relatum, impares uocamus denominationes. At uero quod tam ex 3, quam ex m:3, fit 9, quoniam minus in minus ductum producit plus. At in imparib; denominationibus eadem seruatur natura: nec plus nisi ex uero numero fiet: nec cūbus, cuius æstimatio sua sit m: seu quod dīcīmus debitum, expositione ulla numeri ueri produci potest, iam meminisse oportet dilucidius explicatum.

Si igitur par denominatio, numero æqualis sit, rei æstimatio duplex est, m: & p: alteraq; alteri æqlis, uelut, si q̄dratum æquetur 9, res est 3, uel 3 m: & si æquetur 16, res est 4, uel m:4, & si quadratum q̄drati æquetur 81, rei æstimatio est 3, uel m:3. Componere autem pares denominationes non est admodum necessarium, quia qd. q̄dratum ad deriuatiua capitula pertinet, uerum si diligenter hæc, quæ scribam, animaduerteris, cum hac regula etiam uoto tuo satis facies, nam cum q̄dratum & quadri q̄dratum numero equantur, eadem erit ratio, quæ in simplici, duplex æqtio scilicet, altera p: altera m: inuicemq; æquales, uelut 1, qd. q̄dratum p:3 q̄dratis æquantur 28, positio ualeat 2 uel 2 m: At uero, si qd. q̄dratu & numerus, æqlia sint q̄dratis, demonstrabimus sanè cap 8 duas esse rei æstimationes ueri numeri, totidem autem habebit per m: singulas singulis correspondentibus æqlis, uelut si dicam i qd. qd. p:12, æquatur 7, quædratis, positionis æstimatio est, uel 2, uel m:2, uel 12 3, uel m:12 3, & sic sunt quatuor æqtiones. Quod si caruerit æstimatione uera, carebit etiam ea, quæ est per m: uelut 1 qd. qd. p:12, æquatur 6 quadratis, quia non potest æquationem ueram habere, carebit etiam ficta, sic enim uocamus eam, quæ debiti est seu minoris. At uero si qd. qd. numero & q̄dratis æquale sit, una semper est rei uera æstimatio, altera ei æqlis, ficta, uel per m: uelut 1 qd. qd. æqtur 2 q̄dratis p:80, rei æstimatio est 2, uel m:2. Eadem igitur ratio in cæteris paribus omnibus denomi-

## DE ARITHMETICA LIB. X.

7

denominationibus inter se, cum numero iunguntur, at hoc per de-  
pressionem quomodo fiat, in quarto libro plenè docuimus.

At imparum denominationum, una tantum æquatio uera est, 4  
nulla ficta, cum solæ numero comparantur, uelut duæ res æqua-  
tur 16, æstimatio rei est 8, duo cubi æquantur 16, æstimatio rei est 2,  
semper autem numerus cui comparantur denominationes, in hoc  
capitulo uerus, non fictus supponitur. Quid enim tam stultum,  
quam fundamentum ipsum infirmare, quanquam tamen ratio op-  
posita, in oppositis esset obseruanda, eadem igitur est ratio, ubi plu-  
res denominationes numero comparantur, etiam si mille forent,  
una erit æstimatio rei uera, & nulla ficta, uelut i cubus p:6 positio-  
nibus, æquatur 20, rei æstimatio nulla est præter 2, neq; uera ne-  
que ficta.

Cum uero due denominationes cum numero comparantur, aut  
ambæ impares, & comparatio fiet ad extremam, uel ad medianam,  
nam de ea quæ fit ad numerum, iam in præcedenti regula dictum  
est, uel altera impar, altera par, nam de utraq; pari, in tertia regula ge-  
neraliter diximus. Si igitur extrema denomination, cubus scilicet,  
cum numero mediæ, id est positionibus comparetur, uide an ex du-  
abus tertijs numeri Rerum in radicem tertiae partis eiusdem nume-  
ri fiat ducendo, numerus propositus aut maior, aut minor. Si igitur  
fiat numerus propositus ad unguem, æstimatio rei est duplex, &  
una uera, scilicet re ipsa, quæ ducta est. Exemplum, cubus p:16, æ-  
quatur 12 positionibus, ducto igitur 8, qui est  $\frac{2}{3}$  de 12, numero re-  
rum, in 2 radicem 4, qui est  $\frac{1}{3}$  numeri rerum, fit 16, numerus æquati-  
onis propositus, æstimatio igitur est 2, radix 4, & alia est æstimatio  
ficta, & est correspondens ueræ, cubi æqualis eisdem rebus, & ei-  
dem numero, ut in exemplo, si cubus æquatur 12 rebus, p:16 nume-  
ro, uera æstimatio est 4, igitur si cubus p: 16 æquatur 12 positioni-  
bus, æstimatio rei est m:4, nam 12 res sunt m:48, & cubus m:4 est m:  
64, cui addito 16, fit m:48. Quod si productum ex  $\frac{2}{3}$  numeri rerum  
in re tertiae partis eiusdem numeri, superet numerum æquationis  
propositum, tunc capitulum habebit tres æquationes, duas ueras,  
& tertiam fictam. Exemplum, i cubus p:9, æquetur 12 rebus, una æ-  
quationum uera est 3, alia re  $5\frac{1}{4}m:1\frac{1}{2}$ , tertia ficta ex his semper aggre-  
gatur, & respondet æstimationis cubi æqualis eisdem rebus & ei-  
dem numero ueræ, & est re  $5\frac{1}{4}p:1\frac{1}{2}$  & ita reliqua ficta, de qua dixi-  
mus, in alio exemplo, aggregatur ex duabus ueris, sed quia ueræ  
sunt inuicem æquales, ideo ficta semper dupla est ueræ. Manife-  
stum est igitur, quod falsæ æquationes seu fictæ, capituli cubi & nu-  
meri æqualium rebus, respondent æquationibus ueris capituli cu-  
bi æqua-

HIERONYMI CARDANI

bi æqualis rebus & numero, ubi res & numerus sint idem. At uero  
ubi ex tali multiplicatione & tertie partis numeri rerum, in duas ter-  
tias eiusdem numeri fiat minus numero proposito, tunc nulla erit  
æquatio uera sed una ficta, æqualis ueræ capituli cubi æqualis totis  
dem rebus & eidem numero, uelut i cubus p: 21 æquatur 2 rebus,  
quanquam careat uera æquatione, ficta tamen est m: 3, & hec est esti-  
matio uera cubi æqualis duabus rebus ac numero uiginti uno.

Ex his non difficile est uenari, quot æquationes habeat capitulum  
cubi æqualis rebus & numero. Si igitur ex  $\frac{2}{3}$  numeri rerum in radi-  
cem tertiae partis eiusdem, fit numerus propositus, capitulum ha-  
bet duas æquationes, ueram æqualem fictæ præcedentis regulæ, &  
fictam æqualem ueræ, ideo uera est dupla fictæ, quia ibidem ficta  
est dupla ueræ, ut i cubus æquatur 12 rebus & 16 numero, æquatio  
uera est 4, & ficta est m: 2, quia si i cubus p: 16, æquatur 12 positio-  
nibus, æstimatio uera est 2, & ficta m: 4. Quod si ex dicta multi-  
plicatione, proueniat plus numero æquationis, æstimatio uera erit  
una, respondens false præcedentis regulæ, & falsa duplex, utræq; re-  
spondens ueræ, præcedentis regulæ, ut si cubus æquetur 12 positio-  
nibus p: 9, æstimatio falsa utræq; est, &  $5\frac{1}{4}m:1\frac{1}{2}m$ ; & 3 m; & uera est  
 $5\frac{1}{4}p:1\frac{1}{2}$ , & ita uides, qualiter falsæ ueris, & ueræ falsis sibi inui-  
cem respondent, ex ambabus autem falsis conflatur uera, nam ex  $\frac{5}{4}m:1\frac{1}{2}$  & 3, fit  $5\frac{1}{4}p:1\frac{1}{2}$ . Quod si ex tali producto fiat minus nu-  
mero æquationis, æstimatio est una tantum, & uera, sicut in præce-  
denti regula est una tantum & ficta, uelut si cubus æqualis sit duas  
bus rebus & 21 numero, æquatio est 3, sicut in cubo p: 21 æqua-  
li duabus rebus æstimatio ficta est m: 3.

In capitulis aut in quibus æquantur inuicem numerus & deno-  
minatio par & impar, aut par est extrema, ut quando quadratum &  
positio & numerus æquantur inuicem, aut denominatio extrema  
est impar, ut quando cubus & quadratum æquantur numero, si igi-  
tur quadratum æquatur positionibus & numero, habebit duas æ-  
quationes, unam ueram æqualem fictæ, capituli qdrati & rerū earum  
dem æqualem eidem numero, & aliam fictam æqualem ueræ alterius  
capituli. Exemplū, Si qdratum & 4 positiones: æquantur 21, estima-  
tio uera est 3, & ficta m: 7, & si quadratum æquatur 4 positionibus,  
& 21, estimatio uera est 7, & ficta m: 3, ideo habitus ueris, mutuo ha-  
bentur fictæ, quemadmodum in præcedenti regula, sed diuerso mo-  
do, nam hic extrema extremis, ibi media extremis comparantur.  
Nam ibi capitulum cubi & numeri æquals rebus, cōparatur capitulo  
cubi æqualis rebus & numero, hic capitulum qdrati & rerum æqua-  
lium numero, comparatur capitulo qdrati æquals rebus & numero

A

## DE ARITHMETICA LIB. X.

At quando quadratū & numerus æquantur rebus, & casus est pos-  
sibilis, tunc sunt duæ solutiones ueræ, ut dicendo quadratum p: 12.  
æquatur 7 . pos<sup>b</sup>, positio potest esse 4. uel etiā 3. nam in utroq; ueri-  
ficatur, nisi quando numerus est æqualis quadrato dimidiij numeri  
radicum, nam tūc solum est una æquatio, scilicet dimidium numeri  
ipsarum radicū. In hoc autem capitulo nunquam potest esse solutio  
facta, nec æquatio per minus, sed ubi est solutio per uerum nume-  
rum, est duplex, ubi caret solutione uera, non tamen magis potest  
solui per æquationem factam.

Si uero æquatio quæratur in capitulis cubi, quadratorum & nu-  
meri, tunc si cubus æquatur quadratis & numero, tunc est una tan-  
tum solutio uera: uelut si dicam, cubus æquatur tribus quadratis  
p: 16. res ualeat 4. & non potest alia inueniri.

NOTAN DVM, quod in omnibus capitulis in quibus est una facie Notandum.  
tum solutio, æquatio est facilior inuenīti, & nitidior, uelut in capitulo  
cubi & rerū æqualium numero, & cubi æqualis quadrato & nume-  
ro, & in capitulo cubi æqualis rebus & numero, ubi productio illa  
ex  $\frac{1}{3}$  numeri in R<sub>2</sub> tertiae partis est minor numero. Idem dico, ubi  
cubus cum numero æquatur rebus, & non potest haberi nisi facta  
æquatio, reliqua autem in quibus multiplex est æstimatio rei, sunt  
difficiliores & confusæ.

Si igitur cubus & quadratum, æquantur numero, tunc æstimatio  
rei est una tantū per plus, ubi ex  $\frac{1}{3}$  numeri quadrati in qdratū dua-  
rum tertiarum eiusdem numeri fiat minus numero æquationis, &  
hæc æstimatio eadem est factæ, correspondenti capitulo cubi & nu-  
meri æqualium quadratis sub eadem quantitate. Exemplū. Cubus  
& tria quadrata æquantur 20, tūc quia ex 1 tertia parte numeri qua-  
dratorum, in 4 quadratū duarum tertiarū sit minus quam 20, dico  
quod non est nisi una æquatio, & res ualeat 2, & hæc est æstimatio per  
m: cubi p: 20, æqualis tribus qdratis. Vbi uero ex ea multiplicatione  
talis numerus possit produci, erit una æstimatio uera, & duæ factæ, &  
uera correspondit factæ alterius capituli, & rursus factæ ueris. Ex-  
emplum. Si dico, cubus & 11 quadrata æquantur 72, res est R<sub>2</sub> 40 m:  
4, pro uera æstimatione, sed pro facta est 3 m: uel R<sub>2</sub> 40 p: 4 m: Et si  
cubus cum 72 æqualis sit 11 quadratis, æstimationes uere sunt 3. uel  
R<sub>2</sub> 40 p: 4. & facta est R<sub>2</sub> 40 m: 4 m: Ideo quærendo factam semper  
quærimus ueram, & correspondentem alterius capituli.

Notum est autem ex hoc, quod capitula quædam habent duas, Notandum.  
quædam unam estimationem, & quando habet tres, in una parte ca-  
pituli, habent postmodum unam tantum in reliqua, uelut capitulū  
cubi æqualis rebus & numero in parte inferiore, & capitulum

## HIERONYMI CARDANI

cubi & quadratorū æqualium numero, & capitulum cubi & numeri  
æqualium quadratis aut rebus, nam in una parte habent tres æ-  
quationes, in alia unam tantum, & similiter capitulum quadra-  
tori & numeri æqualium quadrato: in una parte habet quatuor æ-  
quationes, in alia postmodum nullam. Quædam uero habent duas  
per totum, ut capitulum quadrati & rerū æqualium numero, aut ca-  
pitulum quadrati æqualis rebus & numero: quæ uero habent u-  
nam, sunt, ut capitulum cubi & rerum æqualium numero, & capitu-  
lum quadrati & numeri æqualium rebus, quod habet duas æqua-  
tiones in una parte, in alia postmodum nullam.

Et scias, quod æquationes capitulorum, cubi & quadratorū æ-  
qualium numero, item cubi & numeri æqualium quadratis, sic se  
habet, quod differentia æquationum uerarum & fictarū semper est  
numeris quadratorū, uelut, si cubus & 72 æquantur 11 quadratis,  
æquatio ficta est  $\frac{40}{m:4}$ , ueræ sunt  $\frac{40}{p:4} \& 3$ . differentia,  $\frac{40}{m:4} \& 7 p: \frac{40}{40}$ . est 11 numerus quadratorum, & ita, si cubus  
& 11 quadrata æquentur 72 numero.

In his autem capitulis, quæ duplii denominatione, impari & una  
pari ac numero constant, si cubus & res, æquales sint, quadratis &  
numero, æquationes possunt esse tres, & omnes uerae, & nulla ficta,  
quia ut dictum est, minus cum ad solidum deducitur, fit minus, &  
ita minus æquale esset plus, quod esse non potest.

Vbi uero cubus, quadratus & res, æquales sint numero, tunc tres  
etiam erunt æquationes, altera p: duæ m: & hoc, si sub eisdem deno-  
minationibus quadrata æquari possunt rebus numero & cubo, &  
æquationes ueræ hic, sunt fictæ in illo exemplo, 1 cub. p: 6 quad. p:  
3 rebus, æquatur 18, tunc rei uera estimatio habetur ex capitulo suo,  
deinde habet æstimationes fictas capituli, 1 cub. p: 3 rebus p: 18 æ-  
qualium 6 quadratis, & una earum est 3, alia  $\frac{8\frac{1}{4}}{p:1\frac{1}{2}}$ , igitur m:  
3, uel m:  $\frac{8\frac{1}{4}}{p:1\frac{1}{2}}$ , est æstimatio ficta, 1 cub. p: 6 quadratis p: 3  
pos. æqualium 18. & cum hoc est etiam tertia æquatio uera.

Ex hoc habentur tres æquationes capituli, cubi, rerum, & nume-  
ri, æqualium quadratis, ubi æquatio possibilis, cognoscitur autem  
hoc ex suis capitulis, earum igitur duæ ueræ sunt & æquales, ut di-  
ctū est, æquationibus capituli totidem quadratorū & rerum & cu-  
bi æqualiū numero eidē, ut in exemplo dicto, tertia autem ueræ re-  
pondet alterius capituli, & est ficta, ideo æquatio capituli: cu. p: 6  
quad. p: 3 pos. uera est æquatio per m: capituli, 1 cub. p: 3 rebus  
p: 18 æqualiū 6 quadratis. At ubi quadratorum numerus minor sit  
quam ut possit æquari cubo rebus & numero, in capitulo cubi qua-  
dratorū rerum æqualium numero, tunc una est æquatio uera, nulla  
ficta,

ficta, at in capitulo quadratorum æqualium cubo rebus & numero una ficta, nulla uera, uelut dicendo, i cub. p: i quadrato p: 2 rebus æquantur 16, rei uera æstimatio est 2, & hæc est ficta æquatio cubi & duarum rerum & 16 æqualium i quadrato. Manifestū igitur est, capitula cubi quadratorum, rerum, æqualium numero: etiam cubi rerum & numeri, æqualium quadratis inuicem sibi respondere.

Pariter capitulo cubi, æqualis quadratis, rebus, & numero, respondet capitulo, cubi, quadratorum, & numeri, æqualium rebus; ideoq; ubi res admodū paucæ sunt, est æquatio una ficta, æqualis ueræ correspondenti alterius capituli cubi æqualis totidem quadratis rebus & numero. Exemplū. Si cubus æqualis sit 2 quad<sup>tis</sup> i pos<sup>oni</sup> 6; numero, res ualet 3, nec plus aut minus, quia si cubus & 2 quad<sup>tis</sup> & 6 numerus, æquantur uni positioni, nulla potest æquatio uera esse, sed ficta erit m:3. quæ erat uera in alio capitulo. Quod si res tot sint, ut capitulo cubi, quadratorū, numeri, æqualium rebus, possit habere æquationem ueram, tunc æquatio uera duplex erit, & una ficta, correspondentes duabus fictis, & uni ueræ alterius capituli. Exemplū. Si cubus & 3 quad<sup>tis</sup> & 6 numerus, æquales sint 20 rebus, duæ erunt æquationes ueræ, scilicet 3, & R<sub>2</sub> II m:3, & una ficta, scilicet R<sub>2</sub> II p:3 m: Igitur æstimatio cubi, æqualis 3 quadratis, 20 rebus 6 numero, uera est, R<sub>2</sub> II p:3, & duæ fictæ erunt, 3 m:& R<sub>2</sub> II m:3 m::



Eadem ratione capitula cubi & quadratorū æqualium rebus & numero, & cubi ac numeri æqualiū qd<sup>tis</sup> & rebus, sibi inuicē respondent: Vbi igitur capitulo cubi & numeri æqualium rebus & qd<sup>tis</sup> nō habet equationem uerā, habebit unam tantum fictam, æqualem ueræ alterius capituli. Exemplum: i cubus p:7 2, æquatur 6 quadratis p:3 rebus, rei ficta æstimatio est, m:3, & hæc est uera, unus cubi & 9 quadratorum æqualium 3 rebus & 7 2. Et sicut capitulo i cubi p:7 2 æqualium 6 quad<sup>tis</sup> p:3 rebus, caret uera æstimatione, sic capitulo i cubi p:6 quadratis æqualiū 3 rebus p:7 2, caret ficta at ubi capitulo cubi & numeri æqualium quadratis & rebus habet ueram estimationem, habebit duplē, et unam fictam, correspondentes duabus fictis, et uni ueræ alterius capituli. Exemplū, cubus p:4 æqualis sit 3 quad<sup>tis</sup> p:5 rebus, tunc ueræ estimationes sunt 4, uel R<sub>2</sub> I<sub>1</sub><sup>1</sup><sub>4</sub> m:<sub>1</sub><sup>1</sup><sub>2</sub>, ficta uero est, R<sub>2</sub> I<sub>1</sub><sup>1</sup><sub>4</sub> p:<sub>1</sub><sup>1</sup><sub>2</sub> m:& hæc est uera æstimatione capitulo cubi & 3, quadratorum æqualium 5 rebus & 4 numero, & reliquæ duæ, scilicet 4 & R<sub>2</sub> I<sub>1</sub><sup>1</sup><sub>4</sub> m:<sub>1</sub><sup>1</sup><sub>2</sub> sunt m: in eodem casu & fictæ.

Est etiam manifestū, quod si qd<sup>tis</sup> quadrata & res & numerus comparentur, regula septima in eis ad unguem locum habebit, sicut in quadrato rebus & numero, conferendo capitula capitulis, eadē ratio in reliquis deriuatiuis;

13 Et iam oportunit̄ est, ut ostendamus h̄c demonstratione, quod etiam in toto hoc libro facturi sumus, ut rebus tam admirabilibus, ultra experientiam, fidei ratio accēdat. Sit igitur gratia exempli, a b cubus, cū b c numero equalis d e quad̄ cum e f rebus, & sit h æstimatione uera, quia igit̄ ex supposito, a c æquatur d f, siat d g æqualis a b, quia igit̄ d e superat a b, in g e, & b c est æqualis g f, ex communi animi sententia, erit b c, maior f e in g e, & qualis excessns d e super a b, talis b c super e f. Ponatur igit̄ h minus, & ficta æquatio, erit igit̄ a b & e f, m: sed d e, & b c, remanent p: quia igit̄ differentia a b & d e, est g e, & differentia b c & e f, est etiam g e, & tantum est detrahere a b ex d e, & e f ex b c, quantum addere eas tanquam m: sequit̄ quod posita æstimatione positionis, m: h, quod a b, cum d e æquat̄ b c cum e f, utrumq; enim aggregatum est residuum g e, igit̄ cubus cum quadratis, æquatur rebus & numero eodem modo, & rei æstimatione est m: h, quantum scilicet in alia æquatione fuit idem in alijs.

Sequitur etiā, quod aggregatū partium in uno, est æquale differentiæ mutuæ in reliquo: uelut si dicam, cubus & 10 æquant̄ 6 quadratis & 8 rebus, & æstimatione in hoc capitulo sit uera, erit in capitulo cubi & 6 qdratorū æqualiū 8 rebus & 10 numero in ficta estimatione, aggregatū ex cubo & 6 censibus, æquale differentiæ cubi & 6 censuū in uera æstimatione, uel 10 & 8 rerū in eadē uera æstimatione, & tantū erit aggregatum 8 rerum & numeri in ficta æquatione.

14 Et cum fuerint numerus & extrema denominatio equalia, medij aut medijs duabus, aut quotquot habebit capitulū duas estimationes. nam cū sub aliquo numero mediæ possint excedere extremas, ut 100 quad. i cu. p sit a b rei a c b d estimatione. Cum igit̄ contingat æqualē fieri i cubi centum quadratis diminuta estimatione & stante numero ut sit a c, uel aucto cubo, & sic augebit̄ æstimatione, ut sit a d. igit̄ 100 quoad æqualia i cu. p i habent duas æstimationes. Et pariter si fuerint denominations mediæ plures, etiam si centum forēt, quia subeuntrationē unius, quoniam æstimatione mutata omnes pariter denominations mediæ augen̄t aut minuuntur. Sed si extremae denominations inuicem æquales sint cum medijs alternatis, ut cubus & res sint æquales quadratis & numero, dico quod poterūt esse tres æstimationes. Sic enim a numeris



## DE ARITHMETICA LIB. X.

rus cum b numero quadratorum, æqualis, cum res est de cubo k & numero rerū f. Et ponatur f magna, igitur posita d e parua poterit consistere æquatio, quia quadrata & cubus minora reddunt ob d e paruitatem: At si quadrata exuperent cubum, & res iuxta ea quæ dicta sunt, habebunt æquationes duas, uel aucta propter cubi magnitudinem, uel diminuta ob incrementum rerum igitur erunt tres:

De numero omnium capitulorum. C A P. II.

**A**T capitula, quæ generaliter scire conuenit, usq; ad solidū extendūtur cubum, simplicia uero, quoniam unius sunt generis, in unū contraximus, quanquā ipsum usq; in infinitum extendatur. Quæ uero cum numero quadratū & positionē habent, tria sunt, & quamuis duas sortiatur æstimationes unum eorum, quia tamen simul illæ coniunctæ sunt, tria tantum dicemus esse capitula. At uero cubi & rerū & numeri tria, uerū cum unum illorum duas habeat æquationes, in quatuor euadunt, totidem fiunt ex cubo quadratis & numero, iam igitur duodecim. At cubi quadratorum positionū ac numeri, septem, in eorum aut̄ quatuor geminæ æquationes, quare undecim fient capitula omnia, igitur prima & generalia uiginti tria, horū primo prætermisso, quodlibet deriuatiua duo sibi iungit, alterum quadrati, alterū cubi ratio-ne, erūt igitur generalia deriuatiua quadraginta quatuor. Post hæc duo alia sunt ignotæ quantitatis, alterū cum multiplicatur, alterum cum per se sumitur, est præterea unū generale mediorum. omnium igitur primorum notabilium numerus uiginti sex, deriuatiuorum quadraginta quatuor, omnium collectio septuaginta. Post hæc autem plura alia etiam singularia adiecimus, sed eorum maior uoluntas quam necessitas, ea igitur non inter hæc numerabimus.

Horum aut̄ necessitas sic colligitur, cum lineæ superficiebus, aut superficies lineis cognoscuntur, quadratorum, positionū, ac numeri capitula oportuna sunt, at si ex latere Tetragonico aut Solido, capitulo simplex, cum uero trium ignotā duo supponuntur, eaq; ad superficies ac lineas pertinēt, quantitatis ignotæ, & rei, capitula exploranda erunt, atq; ea simpliciter, si lineæ lineis comparantur, producta uero, cum superficiebus, at si lineis corpora comparāda, cubi rerum & numeri, si corporibus, superficies cubi quadratorū & numeri, si autem superficerum & corporum & linearū ratio sit quærenda, capitula cubi quadratorum positionum & numeri sunt utiliora. Porro in his omnibus ad numerum semper comparatio fiet. Hæc ratio præcipua est, quanquam persepe omnibus in unoquoq; horum uti necessarium sit, operæprecium tamen fuerit, singula hæc describere, deriuatiuaq; suis adiungere primitiuis: sunt autem hæc,

Capitula primitiva carentia deriuatiis.

- 1 Numerus equalis rebus, uel numerus æqualis quadratis, uel numerus æqualis cubis, uel numerus æqualis quadratorum, uel numerus æqualis nominis seu relato primo, ac ita deinceps comparando numerum cuicunq; denominationi.
- 2 Numerus & quadrata æqualia rebus, uel numerus & cubus æqualia rebus, uel numerus & cubus æqualia quadratis, uel numerus & quadrata æqualia quadrato, uel numerus & quadrata æqualia cubis, uel numerus & nomē primū æqualia reb. aut quadratis aut cubis & sic absq; fine.
- 3 Numerus & positio, & ignota quantitas.
- 4 Numerus et quadratū positionis, & ignota quantitas, seu numerus & quadratū quātitatis ignotæ & positio, seu numerus cū quadrato positionis quantitatis ignotæ, seu numerus & productū ex positione in quantitatē ignotam, cū altera earū, uel cum quadrato unius earū.

Capitula primitiva.

Capitula deriuatiua.

- |  |  |
|--|--|
| 1 Numerus equalis quadrato & rebus.            | $\{ 1$ Numerus æqualis quadratis & quadratorum.              |
| 2 Numerus & res æqualia quadrato.              | $\{ 2$ Numerus æqualis cubis.                                |
| 3 Numerus & quadrata æqualia rebus.            | $\{ 3$ Numerus & quadrata æquales quadratis.                 |
| 4 Numerus æqualis cubo & rebus.                | $\{ 4$ Numerus & cubis æquales cubis quadratis.              |
| 5 Numerus & res æqualia cubis.                 | $\{ 5$ Numerus & quadrata æqualia quadratis.                 |
| 6 Numerus & cubo, æqualis rebus.               | $\{ 6$ Numerus & cubo quadratis & cubo cubi.                 |
| 7 Numerus & cubo æqualia quadrato & rebus.     | $\{ 7$ Numerus & quadratis quadratis & cubo cubi.            |
| 8 Numerus equalis quadrato & cubo.             | $\{ 8$ Numerus & quadratis quadratis & cubo quadratis.       |
| 9 Numerus & quadratū æqualia cubo.             | $\{ 9$ Numerus & quadratis quadratis & cubo quadratis.       |
| 10 Numerus & cub' æqualia quadrato & rebus.    | $\{ 10$ Numerus & cubo quadratis quadratis & cubo quadratis. |
| 11 Numerus & cub' æqualia quadrato & cubo.     | $\{ 11$ Numerus & cubo quadratis quadratis & cubo quadratis. |
| 12 Numerus & cub' æqualia quadrato & quadrato. | $\{ 12$ Numerus & cubo quadratis quadratis & cubo quadratis. |
| 13 Numerus & cub' æqualia quadrato & quadrato. | $\{ 13$ Numerus & cubo quadratis quadratis & cubo quadratis. |
| 14 Numerus & cub' æqualia quadrato & cubo.     | $\{ 14$ Numerus & cubo quadratis quadratis & cubo quadratis. |
| 15 Numerus & quadratū æqualia quadrato & cubo. | $\{ 15$ Numerus & quadratis quadratis & cubo quadratis.      |
| 16 Numerus & quadratū æqualia quadrato & cubo. | $\{ 16$ Numerus & quadratis quadratis & cubo quadratis.      |
| 17 Numerus & quadratū æqualia quadrato & cubo. | $\{ 17$ Numerus & quadratis quadratis & cubo quadratis.      |
| 18 Numerus & quadratū æqualia quadrato & cubo. | $\{ 18$ Numerus & quadratis quadratis & cubo quadratis.      |
| 19 Numerus & cub' æqualia quadrato & quadrato. | $\{ 19$ Numerus & quadratis quadratis & cubo quadratis.      |
| 20 Numerus & cub' æqualia quadrato & quadrato. | $\{ 20$ Numerus & quadratis quadratis & cubo quadratis.      |
| 21 Numerus & cub' æqualia quadrato & quadrato. | $\{ 21$ Numerus & quadratis quadratis & cubo quadratis.      |
| 22 Numerus & cub' æqualia quadrato & quadrato. | $\{ 22$ Numerus & quadratis quadratis & cubo quadratis.      |
| 23 Numerus æquals rebus & quadrato & cubo.     | $\{ 23$ Numerus & quadratis quadratis & cubo quadratis.      |
| 24 Numerus æquals rebus & quadrato & cubo.     | $\{ 24$ Numerus & quadratis quadratis & cubo quadratis.      |

13 Numerus

DE ARITHMETICA LIB. X.

13

- 13 Numerus & res æqua- § 25 Nu. & qd' eqlia qd' qd' & cub' qd'.  
lia quadrato & cubo. § 26 Nu. & cub' eqlia cub' qd' & cub' cu'.  
14 Numerus & res & qd' § 27 Nu. & qd' & qd' qd' eqlia cub' qd'.  
æqualia cubo. § 28 Nu. & cub' & cub' qd' eqlia cu' cub'.  
15 Numerus & qd' æqlia § 29 Nu. & qd' qd' eql' qd' & cu' qd' eqo pa.  
rebus & cub' eqo prima. § 30 Nu. & cu' qd' eql' cu' & cu' eqo pri.  
16 Numerus & qd' æqlia § 31 Nu. & qd' qd' eql' qd' & cu' qd' eqo sec.  
rebus & cubo eqo secunda. § 32 Nu. & cu' qd' eql' cu' & cu' cu' eqo sec.  
17 Numerus & cu' eqlia § 33 Nu. & cu' qd' æqual' qd' qd' æqo pri.  
rebus & qd' æqo prima. § 34 Nu. & cu' cu' eql' cu' & cu' qd' eqo pri.  
18 Numerus & cu' æqlia § 35 Nu. & cu' qd' eql' qd' & qd' qd' eqo sec.  
rebus & qd' æqo secunda. § 36 Nu. & cu' cu' æql' cu' & cu' qd' eqo sec.  
19 Numerus & res & cu' § 37 Nu. & qd' & cu' qd' eql' qd' qd' eqo pri.  
æqualia qd' æqo prima. § 38 Nu. & cu' & cu' cu' eql' cu' qd' eqo pri.  
20 Numerus & res & cu' § 39 Nu. & qd' & cu' qd' eql' qd' qd' eqo sec.  
æquales qd' æqo secunda. § 40 Nu. & cu' & cu' cu' eql' cu' qd' eqo sec.  
21 Numerus qd' & cu' § 41 Nu. & qd' qd' & cu' qd' eql' qd' eqo pri.  
æqualia rebus eqo prima. § 42 Nu. & cu' qd' & cu' cu' eql' cu' eqo pri.  
22 Numerus & qd' & cu' § 43 Nu. & qd' qd' & cu' qd' eql' qd' eqo sec.  
æqlia rebus æqo secunda. § 44 Nu. & cu' qd' & cu' cu' eql' cu' eqo sec.

De æquationibus capitulo simplicium. C A P. III.



Estimatio rei, est quantitas, in qua ueritatem experimur propositorum in capitulo & quæstione. Exemplum est, cum quis dixit, feci ex 10: duas partes, & duxi earum singulas in se, & fuit productorum differentia 60. quia igitur nescimus quæ quantitas sit maior aut minor, ponemus minorē esse rem ignotam, quam uocamus positionē, erit igitur pars maior residuum ad 10, scilicet.

$10m: 1 \text{ positio}$ $10m: 1 \text{ pos}^{\text{ne}}$ $10m: 1 \text{ qd}^{\text{m}} p: 100m: 20 \text{ pos}^{\text{b9}}$ $1 \text{ qd}^{\text{m}} p: 20 \text{ pos}^{\text{b9}}   1 \text{ qdratum p: 100}$ $60p: 20 \text{ positionibus æqualia 100}$ $20 \text{ positiones æquales 40}$	$1 \text{ qdratum}$ $1 \text{ qd}^{\text{m}} p: 100$ $1 \text{ qd}^{\text{m}} p: 20 \text{ pos}^{\text{b9}}$
--	--

tum, et maioris 1 qdratum p: 100 m: 20 pos<sup>b9</sup>, adde quod est m: alteri parti, fiet 1 qd<sup>m</sup> p: 100 ex una parte, et 1 qd<sup>m</sup> p: 20 pos<sup>b9</sup>, horū differentia fuit 60 ex supposito, addemus igitur 60 minori parti, & tunc fient æqles 1 qd<sup>m</sup> p: 100, & 1 qd<sup>m</sup> p: 20 pos<sup>b9</sup>, p: 60, ab hinciemus 1 qd<sup>m</sup> & 60 ex utræque parte, remanebunt igitur 20 pos<sup>b9</sup> æqles 40, qd si ab æqlia bus eqlia auferant, que relinquunt sunt eqlia, diuidendo igitur 40, per 20 numerū positionū, exhibet 2, estimatio positionis, in hoc itaque ueritatē propositæ quæstionis experimur, nam si eius quadratum quod

quod est 4, ex 64 quadrato 8 residui 2 & 10 abisciatur, relinquetur 60 propositus Numerus. Est etiam uerum de 2, quod proponitur in capitulo, scilicet quod quadratum eius quod est 4, cum 100, aequaliter quadrato positionis, quod est iterum 4 & 20 pos<sup>b</sup>, que sunt 40 & 60 simul iunctis, nam utroque modo colliguntur 104. dicemus igitur merito, propter duo, quod 2 est rei aestimatio, & cum recte operatus fueris, in estimatione seu equatione, utraq experientia succedit.

## DEMONSTRATIO.

- 2.** Ut uero rei ueritas apertius deprehenda<sup>r</sup>, atq; cum ea ratio, scire enim est per demonstrationem, ut dicunt, intelligere, sicut gratia Exempli, cubi tres aequales 24, & ponatur a c latus unius cubi, & c d alterius, & d b tertij: quia igitur cubi sunt aequales inuicem, erunt & lineae a c, c d, d b eequales. Cum igitur secundum numerum, secundū quem a c est in a b, qui est 3, diuiditur 24, & cuborum quantitas fiet ex 19<sup>a</sup> quinti uel 17<sup>a</sup> septimi Elementorum, & 31<sup>a</sup>. 11<sup>i</sup> eiusdem, cubus a c equalis 8, igitur a classus, erit 2, aestimatio rei, ex quo colligitur generalis regula.

## REGULA.

- 3.** Deprime propositas duas denominations ad numerum, si numerus non adsit, aequaliter deducendo, cunq; altera fuerit denomination, altera numerus, diuide numerum per numerū denominationis, exiens est aestimatio denominationis. Quæ denominatione si positio est, positionis habes estimationem: si alia denominatione, sume latus seu radicē illius numeri pro denominationis qualitate, si qdratū, qdratū, si cubus, latus cubicū, si qd qdrati, radicē radicis, atq; ita deinceps, & latus illud seu radix, est positionis uera aestimatio. Exemplum, cubi 20 equant̄ 180 relatis primis. Quia igitur non est hic numerus, infimam denominationem cuborum, pones pro simplici numero, scilicet 20. & maiorem seu altiorem relatorum, per cubos deprimis, & fient 180 qdrati, diuide igitur 20 numerum, per 180 numerum qdratorū, exit  $\frac{1}{9}$  estimatio qdrati. Verum nos querimus positionis estimationē, non qdrati, sume igitur radicem qdratam  $\frac{1}{9}$ . & est  $\frac{1}{3}$ , pro uera estimatione. Aliud Exemplū, 7 quadrati aequalentur 21 cubi qdrati, deprime ad numerū aequaliter, fient 7 eqlia 21 qd qdrati, diuide 7 per 21, exit  $\frac{1}{3}$ , & R<sup>2</sup> R<sup>2</sup>  $\frac{1}{3}$ , quæ est latus qd qdrati, est rei aestimatio. Aliud. 2 cubi aequalentur 20 qd qdrati, deductis cubis ad numerum, qd qdrati peruenient ad pos<sup>a</sup>, igitur 20 pos: aequaluntur 2, diuide 2 per 20, exit  $\frac{1}{10}$ , & quia diuisisti cum numero positionum, erit positionis aestimatio  $\frac{1}{10}$ . Aliud. 20 aequalantur 5 quadratis, diuide 20 per 5, exit 4, aestimatio quadrati, igitur rei aestimatio est 2,

Et

Et ut omnibus etiam capitulis futuris satisfaciam, maioris deno<sup>4</sup>  
minationis numero reliquos omnes ac numerū diuides, maiorem  
intelligo altiore, & cum minore de non in natione deprimes, postmo  
dū regulam capituli sequeris. Sint gratia exempli 4 cubi e quales 12  
quadratis & 8 pos<sup>b9</sup>. minor denominatio est positio, maioris numerus est 4,  
diuides igitur omnia per 4, & habebis 1 quadratum æquale 3 pos<sup>b9</sup> p:2.  

$$\begin{array}{r} 4 \text{ cub.} \\ 4 \\ \hline 1 \text{ qd.} \end{array} \quad \begin{array}{r} 12 \text{ qd.} \\ 4 \\ \hline 3 \text{ pos. p:2.} \end{array}$$

Ex his etiam patet, quod simplex positio, longè magis patet falsis positionibus. Nam et ad quadrata, et ad cubos, et reliquas exten ditur denominatio, ideoq; aestimationes habet in radicibus, quarum in falsa positione nullus omnino est usus. Quod uero pertinet ad numeri positionibus e qualib; adhuc utraq; falsa positione generalius est, ut in primo Exemplo patuit, nulla enim falsa positione licet uenari, quæ nam partes decem quadrata ueriant, quorum differentia sit 60, utibi propositum est.

De subjectis æquationibus generalibus & singularibus. C A P. IIII.

 Ingulares dicuntur æquationes, in quibus nullum capitulo perfectè potest absoluī, & tales sunt numerus integer, uel fractus, latus etiam omne numeri, seu quadratum seu cubicum uel alterius generis, atq; ut ita dicam, omnis simplex quantitas: item constantes ex duabus radicibus omnes, quārū altera sit quadrata, uel R<sup>2</sup>, & generaliter radix par, unde quæ ex duobus constant nominibus, & apotome seu ut dicitur recisa tertij ac sexti generis, non apta sunt æquationi generali.

Omne etiam capitulum, quod ex numero quadrato, cubo, & positionibus constat, eas habet generales æquationes, quæ ex capitulo, ad quod deducuntur, deriuatæ sunt, addita uel detracta ter tia quadratorum numeri parte, ut suo loco ostendetur.

Generales autem aestimationes, sunt in capitulis quadrati e quibus rebus & numero, secundi generis, constans ex nominibus duobus, ut R<sup>2</sup> 19 p:3, capituli autem quadrati & rerum æqualium numero, secunda apotome, ut R<sup>2</sup> 19 m:3, capituli autem quadratorum & numeri æqualium rebus, apotome, & constans ex duobus nominibus primi generis, ut 3 p:R<sup>2</sup> 2, & 3 m:R<sup>2</sup> 2. Vbi aut primū genus dico, quartum etiam intelligo, sic & ubi secundum, etiam quintum, tam in apotome quam in ea quæ ex duobus nominibus constat.

At unius radicis universalis æquatio, deriuatiuis conuenit capitulo, seu cubica seu quadrata, hisq; quorum principalibus quadratum aut cubus radicis pro æquatione fuerat, uelut si quadrato æqua

li rebus & numero æstimatio hæc conueniebat, & 19 p: 3, capitulo  
cub' quadrati æqualis cubis & numero sub eadē quantitate, æqua-  
tio erit, & v: cubica & 19 p: 3.

5. Et sicut radix quadrata, nulli præterquam numero iungi potest,  
ut æquationem efficiat generalem, sic è diuerso, cubica cubicæ iun-  
cta, efficere potest, numero non potest. Cum igitur iungitur cubi  
æqualis rebus & numero, æquationem producit, non integrum  
tamen, at detractæ inuicem, efficiunt æquationem capituli cubi &  
rerum æqualium numero, uelut & cubica 4 p: & cubica 2, est æqua-  
tio capituli, cubi æqualis rebus & numero, & & cubica 4 m: &  
cubica 2, est æquatio capituli cubi & rerum æqualium nu-  
mero.

6. At capitulum cubi æqualis quadratis & numero habet equatio-  
nem quæ constat ex tribus quantitatibus in continua proportione,  
quarum duæ extremæ sunt radicis cubicæ, media est numerus, ut &  
& cubica 16 p: 2 p: & cubica 4. sed capitulum cubi & quadratorum  
æqualium numero, habet similem in omnibus præcedenti æqua-  
tionem, excepto quod numerus est m; uelut & cubica 16 m: 2 p: &  
& cubica 4.

7. Illud etiam intelligendum est, radices simplices pro generalibus  
æquationibus haberi, ut tamen etiam simplicia sint capitula, uelut  
& cubica inseruit, capitulo numeri æqualis cubo: & quadrata, nu-  
meri æqualis qdrato, & relata, capitulo relati æqualis numero: & si-  
c ut hec simplices compositis capitulis conuenire nequeat, sic nec ul-  
lum compositum ex pluribus radicibus incommensi capitulo sim-  
plici potest conuenire.

Ostendit æstimationem capitulo compositorum  
minorum, quæ sunt quadratorum, numeri, & re-  
rum. C A P. V.

#### D E M O N S T R A T I O.



 It quadratum f d & 6 res (gratia exempli) & equale 91, tunic  
producam d b & d g quæ sint 3, dimidum 6, numeri  
rerum, & complebo quadratum d g b c, indeq; pro-  
ductis c g & c b perficiam quadratum a f e c, prout in  
Quarta secundi Elementorum, quia igitur d b ducta in a b ex diffi-  
nitione secundi elementorum producit a d, & ex numero quo-  
libet in rei æstimationem producitur æstimatio illarum rerum uc-  
lut si res est 4, & sint quinq; res, erunt quinq; res 20, & tantū produ-  
citur

citur ex 4 estimatione rei in 5 numerum rerum  
ut ostendimus in capitulo tertio, igitur cum  
b d sit 3, & a b estimatio rei, erit superficies  
a d tribus rebus aequalis, seu estimatio trium  
rerum, at superficies d e aequalis est a d, per  
43 primi Elementorum. igitur & ipsa est estimatio  
trium aliarum rerum, duæ igitur super-  
ficies, a d & d e, sunt aequales 6 rebus, qua-  
re ipse cum quadrato f d sunt 91, at quadra-  
tum, c d est 9, quia b d est 3, igitur a c quadratum est 100. quare la-  
tus eius a c est 10, cum igitur b c sit 3, detracta b c ex a c, relinquit  
a b latus d e 7.

## ALIA DEMONSTRATIO.

Sit modo a b numerus rerum quarundam aequalium, c numero & quadrato d, & faciam quadratum b g dimidij a b, quod sit  
g e, à quo auferam c numerum, ut e f superficies equalis sit numero  
c, & ponam latus quadratum, f b su-  
perficiei, quod sit g h, dico utrancq; lineam  
b h & h a esse latus quadrati d, unde se-  
quitur duas fore ueras estimationes huius  
capituli, quarum aggregatū est equalē nu-  
mero rerum, uidelicet a b, constat enim  
quod rectangulum ex a h in h b, una cum  
quadrato h g est equalē quadrato b g, per 5.2 Elementorum. qua-  
dratum autem h g aequalē fuit f b superficiei, rectangulum igitur  
ex a h in h b, aequalē est e f, quare & c numero: quod autem fit ex  
a b in h b, ex 3<sup>2</sup> elementorum, equalē est quadrato h b & rectan-  
gulo a h in h b, igitur quod fit ex numero rerum a b in estimatio-  
nem rei quae est h b, aequalē est numero c, & quadrato h b, quod  
fuit probandum. Et similiter eadem ratione rectangulum ex a b in  
a h, aequalē est quadrato a h, & ductui a h in h b, sed ex a h in  
h b, ut probatum est, fit c numerus, igitur rectangulum ex a b in  
a h, scilicet ex numero rerum in rerum estimationem, equatur qua-  
drato rei & numero proposito.

Ex hoc patet, quod illi falluntur qui dicunt (quod si b h, gratia  
exempli) sit estimatio rei, & g f 3, quod rectangulum ex b h in g f  
erit 3 g h seu triplū g h, hoc enim esse nō potest, scilicet quod super-  
ficies contineat lineam aliquā, neq; numero, nec alia proportione,  
cū infinitę lineā possint esse in superficie, quantitas enim continua  
nullum sūg diuisionis recipit terminū, sed ueritas est, quod si g f con-  
tinat tres monades (gratia exempli) id est partes tres lineā b h, diuise



## HIERONYMI CARDANI

in tot partes, quot monades sunt in numero quem dicitur continere, ueluti quod b h ponatur 12, erit g f 3, ubi g f sit quarta pars b h, & tunc uerum est, quod ex b h in g f sit superficies continens 36 superficies quadratas, quarum uniuscuiusq; tetragonicum latus est unitas, id est, una ex partibus illis, secundum quas b h est diuisa in 12, & g f in 3, hoc autem tam in rhetis quam alogis pulchre ostendit Plato in Memnone.

Nec admireris, hanc secundam demonstrationem, aliter quam à Mahumete, explicatam, nam ille immutata figura magis ex re ostendit, sed tamen obscurius, nec nisi unam partem, eamq; pluribus, unde nos facilitati & breuitati consulentes, tum ut utriq; aestimationi una demonstratione satis faceremus, hac utimur.

## ALIA DEMONSTRATIO.

3 Sit modo quadratum a c in tertia figura, æquale 6 rebus & 16 numero, & ponatur a d numerus rerum, scilicet 6, igitur superficies a h est 6 positiones, quare d c residuum erit præcisè 16, diuidatur a d per æqualia in g, & fiant quadrata g b & g d, quæ sint g k & g e. Quia igitur b c æqualis est b a, & b k æqualis b g, erit k c æqualis g a, quare etiam g d & f l, & quia d e & d g sunt æquales, item d f & b g, erit f e æqualis d b, quare etiam æqualis f k, duæ igitur lineæ f k & f l, æquales sunt f l & f e, & anguli a d f recti, igitur f c superficies æqualis est 1 e, sed f c cum f b fuit 16, igitur 1 e cum f b fuit 16, addito quadrato g e quod est 9, nam g d fuit 3, erit g k quadratum 25, igitur latus g b 5, addita igitur g a, quæ est 3, fiet a b tota 8, rei aestimatio.

4 Secundum hęc formabimus regulas tres, pro quarum memoria subiungemus carmen hoc,

Querna, dabis. Nuquer, admi. Requan, Minue dami.

## REGULA I.

Est autem unicuiq; horum capitulorum co mmune, ut dimidium numeri rerum in se ducatur. Quando igitur quadratum æquatur rebus & numero, quod significatur per Querna siue primam tantum intelligas literam seu adumeres sequentes à prima vocali consonantes, ut Querna, quadratum æquale rebus & numero significet, & Nuquer, Numerum quadrato ac rebus æqualem, & Requan, res quadrato & numero æquales, In hoc Querna igitur, seu

